



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB.BAR.de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.


Qe. II.













Cymbalum Curiæ:  
hoc est,  
**JUDICUM SANIORUM REQVISITA.**

exquisita , curâ  
**M. JACOBI**  
**Steinbrückſ / Philo-**  
**sophia Legalis Stud.**

*Naso 4. de Pont. 4.  
Non steriles locus ullus ita est , ut non  
sit in illo*

*Mista ferè duris utilis herba  
rubi.*

**G E N E**  
*Stanno Weidneri,are Autoris.*

**A N N O C I X I C X I I I .**

*N O B I L I S S . i s  
S T R E N U I S S . i s  
S C I E N T I S S . i s*

Dno. CUNRADO von vnd zu der  
Thann / Sacr, Cæf. Maj. Consi-  
liario.

Dno. CASPARO von der Thann /  
Fratribus Germanis.

Itemque

*Ampliss. o Juriūg. peritiss. o ,*

DNo. GEORGIO FULDÆ,  
Celsiss. o & Illustriss. o Principiac Domino,  
Dn. o JOHANNI ERNESTO, Duci SA-  
xoniæ, Juliæ, Clevæ & Montium &c.

in arce Liechtenbergâ ad Rhœnam.  
à QUÆSTURA.

*Optimis Musarum Patronis*  
CYMBALUM CURIAE  
DEVOTÆ OBSERVANTIÆ MONUM.  
Lub. MERITO Q.  
D. D. D.

*M. Jacobus Steinbrück /*  
*Philosoph. legal. Stud.*

PRAEFATIO.

3

**D**iu, & ancipiti animo, quorum curæ, & subactissimæ censuræ, hæc quasi *ἀρχῆς ἐμβεγύς*, offerrem folia hærebam. Modò enim publica meorum Magnatum in literas & Humanitatem *ποθημία*, quæ in me non ita pridem perplacuit, rapido perennantis ad-

A 2 fectus

4 P R A E F A T I O.

fectus imbre, 2. Pont. 4.

Quamque ego si biberem securae pocula  
Lethes  
Excidere haut credam pectore pos-  
se meo;

oculorum perstringebat  
acumen.. Modò pri-  
vata V E S T R A Nobiliss.  
Strenuiss. Ampliss. Sci-  
entiss. Viri , quam ante  
semestre coràm sum ex-  
pertus , delenifica comi-  
tas, quâ, veluti Magnes,  
etiam eos

Quorundam

P R A E F A T I O .

8

Quorum sunt silicis circum præcordia  
venæ

Et rigidum ferri semina pectus  
habet,

attrahere & delenire  
possetis, obversabat.

Tandem illis benefici-  
orum moles, quæ etiam,  
nisi quædam ultrò de-  
clinem., corruerem.,  
Astréæ monitu dissua-  
debat; Vobis autem,  
quos signavi, deberi  
Splendor vester, Virtus,  
Doctrina, ( quæ triga-

A 3 omni-

• P R A E F A T I O.

omnium judiciis vos  
comitatur, ) seriò ac  
meritò impellebat.

Splendor? ita esse, ipsâ  
veritate arbitrâ, debeo  
& possum liquidò ad-  
firmare. Ecquis enim  
hodiè tām inaccessus,  
tām incultus & barbarus  
in Europa locus quō san-  
guinis vestri Nobilissi-  
ma Prosapia non emise-  
rit stricturas? Et in nu-  
mero verē Nobilium,

anno

( nihil

P R A E F A T I O . 7

( nihil gratiæ dabo , aut  
auribus , ) vos agmen ,  
& quasi regnum ducere  
eccui , nisi cuius Livor  
mentem insidet , non est  
manifestum ? Virtus ?  
ita dulcè me afflet Heli  
conis aura , sane quam  
fulgida ! radiat quæ cri  
ne Corusco

*ostentans aliam Pharaos ut Memphis  
tica turrim.*

quâ de etiam præstat  
filere , quam pauca lo-

A 4 qui.

P R A E F A T I O.

qui. Namque quis vivam huic decoris sui Charites insculpsisse *εἰκῶνα* negabit? Doctrina? Egregia! & quam ex intimis Erichthéæ Palladis recessibus, imisque Themidos penetralibus ortam si dixero 3. de arte. vers. 789.

*Pol neque Phœbei tripodes, neqz Cor-*

*niger Ammon*

*Vera magis robis, quam mea Mu-*

*sa, canet,*

adeò vos omnes Erudi-  
tionis

P R A E F A T I O.

tionis implere nume-  
ros. & verè σὺν Θεῷ δέ λύχα  
πρόσδικα dixit pervenisse  
Franconia vestra, quam  
corpore premitis, vir-  
tute nobilitatis, meri-  
tis animatis locupletif-  
simè testatur. Sed quid  
ego in laudes me effun-  
do vestras? Famæ ve-  
stræ fax vos omnibus  
inclarescere jam diu fe-  
cit, & ego Euripidis  
illud

A 5      λίαν CO-

10 P R A E F A T I O.

λιαν cogitans, in his jure  
acquiesco.

Accipite autem ô Tu-  
telares Dî, hoc in vos &  
omnem vestri nobilissi-  
mam stemmatis famili-  
am perennaturum de-  
votæ observantiaæ mo-  
numentum. Et quum  
bonos farre etiam ac fi-  
tillâ religiosos esse Se-  
neca lib. i. de benef.  
cap. 6. pronunciet,  
non doni hostias, sed  
puram.

P R A E F A T I C .      II

puram obferentis men-  
tem adspicitote. Inpri-  
mis Ampl. F U L D A ,  
ω νομοῦ Φάρα , & per  
Fidem.

— Pylias æri transcendere me  
tus  
Et Teucros æquare S E N E S o  
digne !

ut porrò mihi tuæ beni-  
volentiae ferentes Etesi-  
as, adspirare placide per-  
mittas, fieri peto.

Validè quam optimè

A 6      &

PRÆFATI<sup>O</sup>.

& diutissimè valet<sup>e</sup>,  
VIRI

NOBILISS.<sup>i</sup>

STRENUISS.<sup>i</sup>

AMPLISS.<sup>i</sup>

SCIENTISS.<sup>i</sup>

Anno 1612. JENÆ, Professo  
MICHAELIS.

• 8(0) •

F

33 ð A

## CARMINA GRATU- LATORIA.

**E**SSE Magistratum, quām no-  
stras ire per aures  
Suaviter, hunc cupidē &  
prendere quisque solet!

Quām pauci gerere hunc norint, Stein-  
brucce, notare,

Te juvat; hinc vicii mille vias aperis.  
Scimus id; at favor, ambitio mentem hu-  
jus & hujus

Occupat, in verū languida turba sumus.

Johann: Suevius D. J. U.

---

## PARODIA HORATIANA EX III. Carm. Oda XXII.

**I**udicum doctor, populīg censor  
qui laborantes vitio cathedras  
perspicax taxas adimisq; leto  
jura timendo.

Promerens dignam labor esto laudem,  
quam per exactos tibi Phœbus annos  
valgus obliquum meditans per amplio  
fænore donet.

M. Thomas Sagittarius  
Professor Publicus.



AUTOR AD MOMUM.

**N**il benè Mome facis, male faris  
 & omnia Mome!  
 Qui fari benè, si nil benè  
 Mome facis?  
 Haustu hinc si quis aver te perdere  
 Mome veneni,  
 Perderet impensas; cur? quia  
 virus acre es.



A Jove



A JOUE PRIN-  
CIPIUM.

On temere ,  
LECTOR  
AMICE, si no-  
stri seculi stupen-  
dam Judicum  
quorundam in-  
scitiam & inju-  
stiam altiori indagine , peni-  
tiorique cerebro ruminari li-  
buerit , cum celsiss. Scaligero <sup>Scalig.</sup>  
lib. 3. Poët. fol. 206. te exclama-  
turum esse , mihi omnino per-  
suadeo:

“ si adeo : Jurus prudentia facta est  
ut ex matronâ mere trix ! ex reginâ  
tyranna ! ex matre noverca ! Non  
temerè te exclamaturam præ-  
fabar ? Ecquid enim , quæsò ,  
abest , quin , illa ibea dñi , ut  
Hesiodo 1. Ἔχ. v. 195. Ovid. I.  
Met. v. 150. Nat. Com. Myth.  
l. 2. c. 2. f. 118. dicitur , Germa-  
nis , das rechte Recht / quæ poti-  
us à Viris defendi , foveri , &  
promoveri Bonis debebat ,  
profligata , èque Curiis peni-  
tùs determinata sit ; adeò ut  
non immeritò Poëtæ Astré-  
am ab hinc ad cœlos evolasse  
finxerint ? Causam subolfacis ,  
reor ? Cum etenim sensim &  
sensim homines ferre o isto se-  
culo

euso, à justi ad injusti, ab æqui  
ad iniqui, à veri ad falsi, à bo-  
ni ad mali, velut ex confœde-  
ratione, transilirent trami-  
tes, non potuit non illos lin-  
quere, & penitus quasi inter-  
cidere. Unde ad hunc usq;  
dici terminum contrà justi,  
æqui, veri, & boni normam &  
formam adhuc peccari, imò  
communem judiciorum pro-  
cessum ut plurimum vitiari,  
propalàm est; si, judex jus, in  
quo versatur, & quod aliis ex  
officio communicare debet,  
ipse vel ignorat; vel si nôrit,  
~~sc~~ ignorare simulat; vel si nec  
simulet, suo pro arbitrio, ex  
delatione malevolorum, ju-  
dicare

## 18 CΥΜΒΑΛΙΜ

dicare malit. Quā viā electā,  
haut rārō fit, ut, juxta vulga-  
re, ex summo iure, summa si-  
at crux; Terent. Heaut. & ita  
noxius innoxius, innoxius no-  
xius, solo odio vel ~~δοροφαγία~~  
adversarii, pronuncietur.

Quare cum, apud Xenephō-  
tem in *Cyri pæd.*, Cyrus, pue-  
rum quendam cō, quod puerō  
natū & staturā minori, palli-  
um videtraxerat, ei que suum  
brevius, veluti illius corpori  
aptius commutārat, accusa-  
tum, rectē fecisse judicasset;  
reprehensus ob id à Præfectō,  
jus non secundum cujusque  
arbitrium, & rationis cere-  
brum, sed juxta præscriptas  
leges

## CURIA.

19

leges esse diceudū, adhortabā-  
tur. Rectissimē! justissimē! Nā,  
ut hoc ex Aristotelis effato  
*3. Polit.* apponi licet, Cupidi-  
tas beluae haut absimilis est,  
& iracundia gubernatores de-  
pravat, etiamsi sint alioquin  
viri boni. Et, ut dicam, quod  
res est, Honestē si vivitur, Ne-  
mos si lēditur: suum cuivis si  
attribuitur;  
*tit. 1. §. juris prac.*  
*3. Inst. de I. & I. l. 10. ff. eod. uni-*  
versorum cerrē remanet sa-  
lus. Sin fecus; collabascit,  
& ceu lampas deficiente oleo,  
evanescit. Hinc non parum  
me judice, si valvis judicum,  
aut alterius quibus præmia &  
pœnas distribuendi potestas  
concessa,

concessa, majori & clariori  
incidatur charactere, SIME-  
REBUNTUR. Cum non  
tām factorum circumstantiæ,  
quām *aīia* personæ debeant  
perpendi. Nec etiam fieri a-  
liter potest, quin ubi rectò ju-  
dicetur

*Pressa diu, tandem viatrix bona causa  
triumfet;*

*Sin contrā:*

*...imū trudatur ad Orcum.*

En dictorū exemplū! Scho-  
laris qui nec sacciperium abje-  
cit, & ferulas olet, gravissimas  
concenturiando sycophanti-  
as delinquit, & quidem gra-  
viter, is punitur leviter. Et  
iterū. Studiolus delinquit,  
sed leviter, qui tamen nullā  
habi-

CURIÆ.

27

habitâ dæxias, factique ratione,  
punitur graviter. Vide æquum.

καὶ Τότε προσδοκᾶς πέσει  
ἐμέ,

ut rectum clavum tenuisse,  
& suum cuique tribuisse jus &  
æquum distribuisse dicatur?  
Sile. Non enim cymbalum  
hoc ad JCtorum aures; nec e-  
go crediderim, nec mecum  
forsitan Judæus apella. Roma-  
nus quām verè sapiens: *Sen. II. ep. 82.* *Sen. ca. 1*  
Hoc, inquit, justitiae  
convenit, suum cuique tri-  
buere. Et ad hoc leges con-  
ditas, beneficia lata, pœnas  
repertas esse, ut omnibus &  
singulis justitia sua, nempè  
Personæ aut Rei conveniens  
tribuatur

22 CTMBALUM

tribuatur & distribuatur , ex  
mente Triphonini JCt il bona  
fides. 31 §. incurrit. 1 ff. depositi.  
quis unquam ivit , aut ibit in-  
ficias ? Nemo sanè . Nisi cui  
ipsa Themis infensa . Sic

~~Iustitia imaginem formâ at-~~  
~~alma~~  
~~go.~~ que filo virginali , Deæ instar ,  
dextrâ gladium tenentem ,  
sinistra lancem suspendentem  
ab antiquioribus rhetoribus  
& pictoribus fieri solitam ,  
omnibus constat ; quò gladio  
in facinorosos animadverte-  
re ; l. impium . 3. ff. de jurisd. l. 6.  
§. 8. de offic. præsid. bonorum  
verò opera ex æquô pensitare  
posset . l. 1. §. 1. ff. de I. & I. vel ,  
ut Agell ; l. 14. noct. att. c. 4. me-  
minit ;

## CURIAE.

23

minit : aspectu vehementi &  
formidabili: luminibus ocu-  
lorum acribus; neque humili-  
lis, neque atrociis, sed reve-  
rendæ cujusdam tristitiæ di-  
gnitate. Scilicet, ut judi-  
cis contra improbos severior  
& vehementior, erga bo-  
nos verò remuneratio sit lar-  
gior. Quanquam quibusdam  
sævitiae magis, quam justitiæ  
idæa fuerit nuncupata; Ast,  
ut sit; αΦ̄ ής δικαιοσύνην καὶ  
βελεθετάδικα, ( addo ego  
μή απεβοδίκας. 1. Eth. c. 1. ex l.  
placuit. 8. C. de jud. ) deberet  
Aristoteles monet : cum, ut  
artis Medicæ finis est, conser-  
vare & restituere sanitatem;

sic

## 24 C T M B A L U M

sic Jurisprudentiæ sanitatem  
Politiarum, quæ est Justitiæ,  
ut non minus verè quam ele-  
ganter I Ctorum ille apex,

*Wesen  
beccius* VVesenbecius dixit, quōque  
ad eandem modō pervenia-  
tur, insusurrarit. *in parat. ff. de  
I. & I. in prin.* Nempe jus Ju-  
dex noscat, (verba sunt ipsius  
antecessoris, leviter immuta-  
ta) & quid quaque in re ju-  
stum, injustum, æquale, in-  
æquale sit, ratione & studio  
~~exquirat~~: idemque exquisi-  
tum & cognitum scienter red-  
dat, & in usum fori publicum  
educat, ac omnibus rerum hu-  
manarum actionibus, cùm  
publicis, tùm privatis rectè  
atque

CURIÆ.

25

atque æquabiliter accommo-  
det. At unde ista? nonne  
ex Hippocrate, vel quodam  
Galen? non sanè; sed ex ipsis  
juris Romani, Saxonici, &  
quod priori loco debuisse,  
Canonici fontibus, æquitatis  
rivuli limpidissimi, non rigo-  
sæ lacunæ, veniunt delucendi  
in Rempubl. verùm, ut viator  
non multùm aberrabit, si se-  
mitam, quam est ingressurus,  
optimè noverit, & triverit sæ-  
piùs: Sic judex si justam calcâ-  
rit tramitem æquitatis. A  
quâ cum hoc seculo Astréa  
verè fugatâ & necatâ, quos-  
dam longissimè aberrare judi-  
ces clarâ luce

B

quum

-----quum Phœbus utrāque  
Diflat idem terrâ, fuditq; vaporibus  
arva,

clarior quibusvis appareat sa-  
nis; revocata ē cœlis Astrēa,  
quo modo Justitiæ recta sit in-  
vestiganda orbita, investiga-  
tæque piè & justè insistendum,

*ἐπιτροχάδην* investigare

libet. **D E V S** ô

*Quatibus adsis!*



## CAPUT I.

3



C A P U T I.

*Judiciorum Necesitas.*

**E**T primū rectā , non per po-  
sticum cum Ulysse aut Si-  
none mihi eunti, sed ipsam Ae-  
quitatis semitam ineunti , pri-  
mā quasi fronte se videndi  
exhibit summa Judiciorum  
N E C E S S I T A S ; &  
ca duobus quasi collocata sub-  
sellis , R E R U M scilicet &  
H O M I N U M .

B 2000 Ut

## 28 C T M B A L U M

Peric.  
 Ut enim, (ceu Democritus  
 summus suæ ætatis Philo-  
 sophiæ tribunus, conquestus est,) θυγατὴρ ἡ ἀλήθεια, imō ac  
 profundο demersa fluento,  
 cognitu difficilimā: sic juris  
 & æqui æqua, & ardua penetra-  
 lia, non nisi Prudentioribus  
 obvia, & in quibuscunque ne-  
 gotiis cognita; quorum ad  
 responsa, velut ad Delphicum  
 quoddam civitatis oraculum  
 fugiendum.

Quod enim Sacerdotes De-  
 o; hoc saniores justitiæ Prä-  
 sidēt debent Astréæ: cuius in-  
 foro, l. i. §. i. ff. de l. & l. & ibi  
 gloss. velut in suggestn, & fano  
 versantes, instar Apollinis  
 sacer-

## CURIAE.

29

sacerdotum κυρίας δόξας, ισόντε  
 καὶ νόμινον distribuere, officii &  
 conscientiæ instinctu admoni-  
 nitos, decet. Nec sanè, le-  
 vi ex catisâ ita decere, Salusti-  
 um in frag. Adi. Nat. Com. l. 4.  
 c. 5. Arnis. Polit. cap. 15 f. m 345.  
 hīc audi loquentem: Ego, in-  
 quit, ita comperi omnia re-  
 gna, civitates, nationes, eò  
 usque prosperum habuisse im-  
 perium, dum apud eas vera,  
 (audi ! vera,) consilia value-  
 runt.

Et Ciceronem: in Catil. Non  
 viribus aut velocitatibus, aut  
 celeritate corporum res ma-  
 gnæ geruntur; sed consilio,  
 auctoritate, sententiâ. Ve-

B 3 nūstè!

30 CTMBALDUM  
nuslè! Inde enim Prudentes  
& Prudentissimi, (quām verò  
multi, guttā sapientiæ ne obi-  
ter quidem madidi , iniquè!)  
hodie indigitantur judices, ut  
qui honesta & turpia , utilia  
& noxia , licita & illicita , non  
universim , sed sigillatim in  
universis vitæ discernere no-  
verint negotiis.

*Prudētia* Prudentia siquidem Judici-  
orum omnium & rectrix , &  
directrix est , quæ maximè li-  
teris historiarumque lectione  
acquiritur. Nam ceu ii, qui  
viam ad mare ignorant , am-  
nem sibi querunt comitem ,  
quò perveniant; non itidem

Judices

Judices Prudentiæ fontem,  
quò ad vastum illud multisque  
difficultatum procellis conci-  
tatum juris Oceanum.

Quo vago freto tandem il-  
lati, ne & vago circumferan-  
tur motu, itidem pondere, at-  
que saburrâ Prudentiæ Aqui-  
tatis navem sistere, atque or-  
dine remis singula controver-  
siarum vela ligare, convenit.

Et hoc Alfonsus & Alexan-  
der Severus acri pectoris acie  
non solum videre, sed & Ani-  
mam Justitiæ, Prudentiam &  
Historicas esse, intellexere.  
Quorum ille consiliis togæ &  
militiæ nulos nisi Literatos

& historicos, adhibebat: hic  
confiliarios optimos Mortu-  
os, hoc est, historiarum li-  
bros, esse, ajebat.

Sapienter! ô Principes sa-  
pientes! Homine enim, Te-  
rentianus ait Mitio, *in Adelph.*  
*act. 1. scen. 2.* imperito nunquam  
quicquam injustius, Qui, nisi  
quod ipse fecerit, nihil re-  
ctum putat. Ego, inverso  
sensu, Homine perito nun-  
quam quicquam justius, qui,  
nisi quod æquum, rectum pu-  
tat, rectè dixero. Unum-  
quodqne enim, postquam ex  
involucris suarum difficulta-  
tum erutum est, tūm demum  
repetitâ persensione exami-  
nat, ru-

nat, ruminat, & ad Lydium  
lapidem revocat, aut ad incu-  
dem, aut ad ignem, hoc est,  
justitiæ reflexionem; metallo-  
rum more, quorun probitas  
illis legibus exploratur; ut de  
suo illud mihi Belgicus litera-  
tum Hercules Scaliger Exerc. *Scalig.*  
307. sect. 5. hūc accommodan-  
dum conniveat. Quid? quod  
non raro, sed frequentius ac-  
cidere, ii, qui ad clavum se-  
dent, experiuntur, ut perple-  
xa, captiosa, sophistica, cor-  
nutaque occurrant tractan-  
da, dirimenda, seponenda;  
quæ sanè, non nisi discretus  
& prudens judex recte distin-  
guere, juris ariete frangere,

B s &


34 CT M BALUM

& uno veritatis spiritu diffare  
noverit; ne scilicet ullus ini-  
quitatis remaneat torrens, ne-  
ve perniciosus sub specie æqui,  
error existat.

Non enim, ut in armato,  
sic rogato minus bello fides  
veri servanda, l.s. ff de pact. u-  
bi Interpp. cum de veritate non  
minus, quam de victoriâ  
solicitum esse, ju-  
dicium sit,



CAPVT II.



## C A P U T I I.

*Pignus ad Requisita Reditu.*

**J**Am ob' Hominum vel Na-  
turam vel Malitiam, &  $\omega\lambda\epsilon o-$   
 $\nu\gamma\zeta\alpha$  JUDICIA Ne-  
cessaria esse, quis, quæsò, non  
videt, nisi TIRESIAS, vel  
planè noctua?

*Mille hominum species, &  
rerum discolor usus,*

*Velle suum cuig, est, nec vo-  
to vivitur uno.*

B. 6. Pers.

34.201

38 ETMBALUM

Pers. sat. 5. Terent. Phorm. act. 2.  
scen. 4. adeò ut facilè suboriri rixæ possint perniciosissimæ, non nisi judicum prudētiā, scientiā & sentētiā antedirimentia quām in flamas erumpant gravissimas, & totam conversationis conflagrent φιλανθρωπίαν. Nam ut vetus songat

Et neglecta solent incendia sumere vires.

Adeò, ut etiam Aristotelis monitus Polit. 4. Lips. 6. Polit. 5. Τὸ μάρεγν Θυλάτθεν, & parva initia præcavere debeat judex.

Quid quod nemo hominum adeò sit ἑργάτης, ut omnes perfectionis partes ac numeros, &

CURIA.

37

ros, & velut in linea recta,  
omnia æqualia, non itidem  
curva, complectatur? Sed  
potius omnibus hoc insitum  
improbitatis & nequitiae, ut  
vel amore impulsi; vel odiis  
irritati; vel malevolentiae cir-  
cumfusi spumâ; vel livoris  
puncti stimulis: ambitione ex-  
timulati, hujusque individuâ  
comite, avaritiâ incitati, cum  
vi opertâ, tûm occultâ fraude  
alios lædanr. Unde lites &  
contentiones gravissimæ:  
quicis, Legibus occurrere, &  
aquam ex ipsius juris fontibus  
haustam, ad extinguendum  
suborientium favillarum &  
rixarum ardorem, aspergere,

B 7. l. quidam

58 CTMBALUM

I. quidā existimaverūt: ffsi cert. pet.  
ex judices officii monitu du-  
cuntur.

Jam colligantur suffragia;  
& factō Senatusconsulto Ne-  
cessitatēm judiciorum videbis;  
& sublata, non aliter ac Phœ-  
bum Cimmeriæ, omniū malo-  
rum ecclipses sequi adstipula-  
beris.

Quapropter de hac amplius  
silco, & ad REQUISIT A  
judicum, non illorum tumultu-  
osorum, sed saniorum rectā  
pergo. Homericum tamen  
Iure præfatus:

εἰ δύναμαι τελέσαι γε, καὶ εἰ τελέ-  
σει μόνον ἔσαι:

Si facere id possum, fieri aut res  
ipsa potissit.

Tu

CURIÆ.

Tu judex arrige aures ! sed  
& tu LECTOR AMICE,  
favoris tui accommoda au-  
ram ! Vos, inquam, quibus in  
hæc centuriata Themidos co-  
mitia venire fas est , frequen-  
tes ad signa adestote , singulis-  
que, ut æquissimè prolatis  
calculos adponite ,  
ex copiosâ & ube-  
re consiliive-  
stri urnâ.



CAPVT III.



### CAPUT III.

*Requisita iudiciorum.*

**S**unt autem numero quamplurima; adeò, ut omnia recensere Pericléa vix queat Suada. Nos paucis è catervâ magnâ, pauciora liberè habebimus; omnia enim haut fert occasio, nec omnium ut pagina capax sit, metuendum.

Et quidem, cum in judicio triplicis officii consideratione opus sit, hille à quo. 13. §. pen. ad S.C. Trebell. c. forus. de V. S. l. minor. 62. ff. de jud. ACTORIS, REI, & JUDICIS.

Initi-

## CURIÆ.

41

Initioque statim de prioribus; l. pen. C. de sent. & jur. l. 18  
de juris d. l. 2. §. 1. de jud. de hoc  
verò ultimo constet loco,  
non etiam immerito fecero,  
si missis prioribus cursim, &  
tribus, quod dicitur, literis,  
Judicis persequar officium.

Hoc igitur melioris disciplinæ gratiâ venustè juris Tri-  
buni in Nobile & Mercenari-  
um distinxere. Ut scilicet, Officiū  
Judicis  
duplex  
illud sit, ubi <sup>Nobile</sup> judex nullâ præce-  
dente obligatione, solâ juris  
auctoritate extra ordinem,  
vel ob æquitatem ptacipuam,  
in delinquentes inquirat; per-  
sonis miserabilibus, vel non  
legitimè natis, aut infamiâ

notæ.

42 CTMBALUM


notatis , succurrat; aut sine respectu adversæ partis officium suum interponat. l. congrit. 13. de off. præsid. l. 24. ff. de minor. l. 50. de hered. pet. Hoc, *Mercie  
naturam*, quod actioni propositæ sit subjectum , & huic soli serviat , atque hujus limitibus concludatur. Bart. Iason. & alii. in l. 1. de jurisd. Pet. Heig. Inst. de off. Jud. Nos , cum Justiniano , d. t. Inst. de offic. Iud. quod secundum leges , & consuetudines rationabiles causas litigantium discep-*Judicis  
officiorum* tet , & dijudicet , officium judicis esse pronunciamus.

In quô sanè , cum frequentius & vehementius , Procyon,

&

& stella vesani Leonis, Horat.  
lib. 3. Carmin. Od. 29. Stroph. 5.  
Judices tumultuosiores urat;  
jure sub umbratilem pergu-  
lam, deflexis è sylva Iustitiae  
bis quatuor frondibus, topia-  
rio opere, incurvandam, e-  
runt reduceudi.

Mitis mihi esto ô Themis!  
ut tollam, aut saltam dextre  
hunc furorem profligem, &  
recta in Capitolium ve-  
harmore viatoris,



## CAPVT IV.

**C A P U T IV.**

*i. Pietas in Iudice regis.*

**I**Taque, facili pede juris ingrediar nemus, ex illo primam succrescentem frondem, quæ Pietatis & Religionis ramulis viret flagrantissimis, decerpturus. Quam transferam, & ad hanc quasi umbram inflectam.

*Eusebius* igitur omnis Ecclesiæ originem esse ex Biblico mecum instrueris Codic: ἀρχὴ φίας Φύλοντος νοεῖται. Vide Proverb. i. vers. 2. Der HERR GOTT gibt Weisheit. &c. 4. vers. 5. &c. 13.

&c. 13. vers. 14: c. 8. c 15. 16. 19.

Exod. 18. Paral. 19. Sap. 16. Psal.

2. Et concinnè Cyprianus:  
Consiliorum divinatrix lex di-  
vina. VIR BONUS, in.  
quam, & PIETATIS A-  
MANS Judex ESTO.

Hæc scala ad tranquillum  
juris, sed & Dei, dicit Olym-  
pum.. O utilis scala ! ô salu-  
bres & amoëni pariter gradus !  
amoëni? certè amoëni: Jucun-  
ditatem habent incredibilem,  
& incredibili gaudio judicis  
animuni, conscientiam, beni-  
volentiam, pascunt, firmant,  
augent. Apud Homerum , Homer  
Odis. 9. Plim. lib. 3. nat. hist. c. 17.  
& lib. 22. c. 21. Poëtarum illum  
Phœbum,

Phœbum,

— ὅσις λατοῖο Φάγος μελί<sup>ν</sup>  
ηδέαναρπόν,  
εὶς ἐτ ἀπαγέλλει πάλιν ἥθελεν,  
ζῆτε νεέθας:

Quicunque Loti comedis-  
sent, suavem fructum renunci-  
are noluit, nec redire.

Sic Pietatis frugibus refer-  
tus J U D E X , à Justitiae  
oris flectere recuset.

Equivid enim Judex, hujus  
non initiatus sacris? certe  
throno & foro arcendus, ut  
Lucifer olympos. Equivid

hâc

hâc seposita justitia? Umbra  
iniquitatis.

Nam ceu Fama cum vita &  
existimatione pari ambulat  
passu: *l justa. 19. ff. de manum.*  
*vind. sic cum Religione justi-*  
*tia.* Imò ut terra sine ner-  
vis non teritur: sic nec un-  
quam sine hâc constans justi-  
tiæ resta; nec jus & æquum  
videbis, sine hujus quasi con-  
spicillis.

Quid multis? introspicere  
modò, quosdam nostro aeo  
in Themidos regno æquè &  
justè C L A V U M te-  
nentes, & ab hujus quasi ju-  
bare, quod ACUTIORES luscio-

so cœte.

## 18 CTMBALUM

so cœterorum insipidorum  
grege cernant, non infitebe-  
ris. Vos, igitur, vos dico,  
quorum præcordia de melio-  
ri luto Minerva, & Themis ef-  
finxere, Judices, Justitiam fo-  
vete, & Pegaso Aequitatis,  
sed non cum Icaro sine pen-  
nis, hoc est, sine Pietate, per  
alta, & ad alta Themidos spa-  
tia evolate, & excurrite.

Fulgidum, mēhercules ! de-  
cus Pietatem colere ! Et quid  
majus, quid acceptius in The-  
midos regno peragi ? aut quod  
Reginæ Justitiae ministerium  
exequi ? quod telum Martiali-  
bus ingenii ad sedandos con-  
troversiarum æstus , quos  
turbidis

CURIA.

turbidis vel labris, vel manibus excitârunt, esse posset penetrabilius? Procul ô procul este profani: totoque absistite luco! Improbis salutem concredere publicam, est lupo ovem, Alcinois hortos committere capro. Licet etenim rerum gerendarum usu & experientia præstent, quintamen scientiam à Justitia & Pictate remotam, non Sapientiam, non Prudentiam, sed multis è fraudibus consutam malitiam dicendam esse, nemo negabit nisi Malus. Citer. 1. offic. Lops. 2. Pol. o. f. m. 24. Nam, ut vetus Comicum apud Suidā habet:

C

ξύλον

50 C T M B A L I U M

ξύλον ἄγκυλον ὕδεποτ' ὅρθὸν, Li-  
gnum distortum nunquam fit  
rectum;

Nec laurus fundit glandes:  
nec taxus olivas

Poetæ verbum est. Unde,  
Bonum virum commune bo-  
num, dici posse, nonné quis-  
quisque affirmabit BONUS?  
Commodè NASO! 6. Fast.  
vers. 647.

Sic agitur censura, & sic exem-  
pla parantur;  
Cum Judex alios, quod mo-  
net, ipse facie.

Et

CURIÆ.

Et Horatius ait; Patrem suū,  
cū sibi virtutis & officii trade-  
ret monita, potissimum Ju-  
dices, eorumque laudabiles  
actiones introduxisset.

... sic me  
Formabat puerum dictus; Et sa-  
ve jubebat,  
Ut facerem quid, habes auto-  
rem quo facias hoc  
Enum è judicibus scelestis obje-  
ciebat.

Nec temerè, & sine judicio  
forsan objiciebat mi Poëta!  
Speculum omnis rei, cui op-  
ponitur, refert imaginem; sic  
Vir Bonus schema virtutis.  
Et Poëtæ jocantur: Vene-

C 2. ris pullos

32. C T M B A L U M  
ris pullos teneri venustate a-  
masiūm, quā flaccescente con-  
ferant aliò amorem. Juven.  
Sat. 6. Terent. Heaut. Hic sub-  
latā Pietate magis Dices pul-  
li, aliò in judices favorem.



C A P U T . V.

*Prudentia.*

Pletatem inflexi; addo huic  
alterum surculum; quem  
illum? Φέρνων. P R U-  
D E N S , ajo , J U D E X  
E S T O. Hic auriga Pruden-  
tiae si absit, totius judicii cur-  
collinq aiz      rus &

## CURIAE.

53

rus & cursus ruet? nec Eques  
dicitur, nisi qui calcaria,  
phaleras aut torquem virtute  
meruerit: sic nec judex, qui  
nulla Prudentiae specimina e-  
diderit. Amplius. Διασοιωτα-  
λαιοι ωάντας ἐνάλγυ τρέψ βασιλεῖς.  
Nat. Comes. l. secund. cap. prim.  
at cur? Prudentes erant: οὐχ  
λία gaudebant: σύνεσιν occupa-  
bant: οὐχιμοσύνη utebantur: &  
δεινότητα πονoverant: μνήμην habe-  
bant. Aristot. 6. Ethic. cap. 10.  
Hinc animosè Plato, Ep. 7. &  
lib. 6. de LL. Apul. in lib. de  
Philosoph. Niceph. Blemidas in  
Logic. cap. 1. Boët. 1. de Consel.  
prof. 4. tum fore Resp. felices,  
si eas aut Philosophi rege-

C 3 rent; aut

rent; aut Reges Philosophia  
studio deferrent auorem, a-  
jebat. Annuo mi Plato! an-  
*Domiti-*  
*ang.* nuo; indomitiq[ue] Domitia-  
*Vespasianus,*  
*ang.* ni, Sueton. in Domit. & Judæo-  
rum vespillonis Vespasiani  
sævum improbô edictum, quô  
Iophos viro surbe pepulerūt.  
O militares & ferozes belu-  
as! Hominum, non ad homi-  
num tutelam, sed necem, na-  
ta monstra! ô rustica & bar-  
bara ingenia! quorum votis  
universaliterarum humanitas  
jampridem fuisset ad Gara-  
mantas usque & Indos relega-  
ta. Quod enim hirsuti isti  
cilones in juventâ non didicê-  
re, aut cavere non potuere, in  
aliis damnant optantq[ue]; sepul-  
tum, O

## CURIAE.

35

tum. O sapientes contrâ! & pru-  
dentes, quibus natura illa dedit ra-  
tione uti; quibusq; radices insitæ  
artis & legis: Imperatoriam n.  
majestatem, inquit juris & æ-  
qui religiosissimus noster Im-  
perator, in Praef. Inst. ubi Dd. non  
solum armis decoratam, sed  
etiam legibus oportet esse ar-  
matam; ut utrumq; tempus, &  
bellorum & pacis rectè possit  
gubernari: ut Princeps Roma-  
nus victor existat non solum  
in hostilibus præliis; sed etiam  
per legitimos tramites calu-  
miantium iniquitates expel-  
lat: & fiat tamen juris religiosissi-  
mus, quam victis hostibus tri-  
umphator. Et unde, quæsò, tanto  
eñ splendore olim Romæ triumpha-

C 4 bant, &

58      ETMBALUM  
bant, & in Capitolium deducabantur victores nisi hâc comitati Diva Minervæ olin non immolabantur capræ, quia oleam rodunt: sic Templo Themidos arcendi lutulenti porci, queis Prudentia, & Prudentes foent. Pessima

*Valerii Licinii,*  
*Licinii* & non planè bovina, qua literas pestem, Prudentes verò Virus Republicæ esse evocabat.) Euseb. lib. 8. cap. 3. Nicol. Reusn. in symb. Impp. class. 1. fol. m. 226. Ast quid mirum, si rusticis moribus, & literarum expers homo, ( si homo, & non fera belua, dicendus) qui

ne

CURIAE.

ne nomen decretis subsignare  
poterat, ista effutiit: Sapien-  
tior & oculatior Rudolphus <sup>Rudol.</sup>  
I. Romano -- Germanorum <sup>1559 I.</sup>  
Imperator <sup>Imp.</sup> semper Augustus;  
qui melius BENE imperare,  
quam Imperium ampliare fre-  
quentius dicebat. Nam

Ιχνε μαζι τεκχο, μαζι σπλον σσ.  
Φε δει Φερένησις:

Et vis & murus, & telum Sa-  
pientis Prudentia est.

ut categ dicebat Pythagoras.  
Et Isocrates ad Nicol. non ini-  
què; φυλαιη ασφαλεσιη η εαυτη  
Φερένησις: Optimia custodia Re-

C s gis ipsi-

33 CTMBALUM

gis ipsius Prudentia. Eleganter! Quod enim acies in ocu-  
lo: hoc Prudentia in animo,  
teste Sophocle, :

ως ὁ ψις ἐν ὁ Θαλμῷ,  
οὐ γέ εν τῇ ψυχῇ.

Et hoc est quod Poëta, Chre-  
unti Tiresiam; Polieidum  
Minoi : Palamedem Ulyssi :  
& ipso Jovi Prometheus so-  
cios singant; docturi Poten-  
tiam & Prudenitam se invi-  
ccm amplecti & favere.

Et reverâ ita est, ut Græcus  
Poëta olim cecinit, Panacæ-  
am stillare ex crinibus Apol-  
linis, felicemque esse civita-  
tem, in quam guttæ ejus de-  
cidant, quoniam *in Apoll. Call.*

CURIÆ

η Φρέγνοις ἀρχοντὶς ἴδιᾳ αἱρετῷ  
μόνῳ: Arist. 3. Polit. Prudentia  
imperantis propria & unica  
virtus. O ergo infelices Resp.  
quibus præsunt INSIPIDI!  
O felicissimas quibus Pruden-  
tes! Laudanda mehercles! ve-  
terum vel Prudentia, vel Mo-  
destia, quā dubias causas vel  
sublatas penitus, vel graviſſi-  
mas in longissimum tempus  
translatas fuisse Agell. lib. 12.  
cap. 7. & Val. Max. lib. 8. cap. 1.  
memorant, & approbant ex-  
emplo. Nam cum mulierem  
Smyrnæam, quæ necati, ex  
priore viro enixi, filii, quem  
vitricus ipsi infensus privi-  
gno, O P E M ferentena.

C 6 turalis

## 60 C T M B A L U M

turali filio occiderat, dolore  
commota, & secundum mari-  
tum, & filium veneno sustule-  
rat, ut ita parricidium parri-  
cidio ulcisceretur, P. Dolab-  
bella ProConsul consideran-  
ter & mansuetè Athenas ad  
Arcopagitarum Cognitio-  
nem relegasset, quia ipse ne-  
que liberare cædibus duabus  
contaminatam, neque puni-  
re eam, justo dolore compul-  
sam, sustinebat; inspectâ cau-  
sâ, & Accusatorem, & Re-  
um post centum annos adesse  
jusserunt, cōdem moti affe-  
ctu, quo Dolabella. Ast au-  
thoritate propriâ sibi jus Muli-

er dice-

er dicere non debuerat : l. i.  
S. i. quo legato. l. unic. C. ne quis in  
sua causa. jud. & plus sit homi-  
nem veneno extingue, ,  
quam gladio ; l. i. de Venef. &  
math. Gomez. Resol. c. 3. de Ho-  
miciid. fol. m. 472. quia crimen,  
alevosiæ & proditionis com-  
mittatur, id coque meritô pœ-  
nâ suisset aggravanda , obji-  
cis ? Collineans judicatio  
Sed nec Areopagitas, nec Do-  
labellam facinus sat arrox ap-  
probare ; verum, ob iustum  
matris dolorem pœnam re-  
mittere, voluisse. Cum pro-  
ter favorem publicum plerun-  
que consideretur, ut si incer-

## 62 CYMBALUM

ta sit criminis qualitas, pœnae  
minuantur; & potius clemen-  
tia, quam severitati judican-  
tes studere debere, & respi-  
ciendum. in pr. ff. de pœn. & Dy-  
nus c. odia. 15. de R. I. in sexto. f.  
m. 159. Regero. Imò, ex Ari-  
stotelis, & Eth. cap. 5. & Plato-  
nis Alcibid. II. mente, Areopá-  
gitas, ut qui τὰ αὐτοῖς οἰγαθά, οὐ τὰ  
τοῖς ἀνθρώποις δίνανται θεωρεῖν,  
Φρεγήμεσσι pronuncio. Quam  
præclarè igitur, ut omnia,

*Salo* Salomon Rex ille, Φρεγήσει,  
*mea* οὐ δυνάμει, οὐ πλεῖστο, δυνατός  
ως Φανής, tūm in primis illud  
voce planè Divina, Si, in-

quit,

intra

C

CURIA.

quit, inclinaveris cor tuum  
Prudeutiæ, tunc intelliges  
justitiam & æquitatē. Et iterū  
Prudens Rex, est populi firma-  
mentum *Proverb. 6. vers. 26.* Il-  
lustre profectō, & planè Regi-  
um Eulogium ! Sed nec so-  
lūm hoc dicit, verūm - pro-  
prio - etiam confirmat exem-  
plo ; ut qui, nec Junonis o-  
pes, nec Plutonis divitias,  
nec gloriam superbam, sed so-  
lūmmodò *Φρόνησιν*, ( audi Ju-  
dex, & imitare ! ) petebat.

Sed quare hanc ? ut sci-  
ret Populum J E H O V A E  
regere, & judicare. *3. col.*  
*A E G. s. Proverbior. 7. vers. 7. 3. col.*

celsissi.

## 64 C T M B A L U M

celsissimum votum! Nam, ut  
Lipsii simile habet, i. Polit. 7.  
ut architectis opus nullum re-  
cte processerit sine libellâ & li-  
neâ: non item judici sine nor-  
ma hâc directrice. Rursus.  
Quis navem mihi dirigat, sine  
ferro, quod affricavit Sideri-  
tes: sic nemo Rempubl. sine  
mente, quam afflavit illa  
Diva. 3. Polit. 1. Expressi-  
us Jurisconsultus; Baldus in l.  
2. de Sent. ex brevit. dic. qui du-  
o grana salis pectori judicis in-  
spersa exigit; Prudentia unum,  
quod scientia juris; Co-  
scientia alterum; quod poste-  
rius omnino fulciet, illo pri-

ori

ori refertus. Hoc est, si non  
post suspendium denique di-  
judicet, an dignè sur debuerit  
strangulari; quod olim ita  
contigisse, vulgi fama est: imò  
adhuc hodiè in Curiis com-  
munis est praxis, ut priùs exe-  
quātur, pōst quasi per ne-  
bulam notum & au-  
ditum inqui-  
ratur.

**CAPVT VI.**



## Caput VI.

VERUM, ignorantiae em-  
plastrum, & catapotia à Ju-  
risconsultis petat, injicis?  
Audio. Et partim cum Lipp-  
sio 3. Pol. 3. & Arnis. Pol. 10. f.  
m. 381. approbo, sed & miser-  
rum, imò misertimum, qui  
ex alieno pectore judicandi  
honestatem emendicare ir-  
ritatur, proclamo. Quomo-  
do enim, inquit Imperator  
Novell. 82. in prin., non ma-  
ximum vitium erit Reipubli-

ca, non

cæ, non eis, qui ex se, quid agendum sit, lites tradere, sed sinere eos quærere alios, à quibus liceat discere, quæ ipsos in judicando eloqui decet? Et quâ secundum leges, (quod omnino debet, §. i. Inst. de offic. judic. d. Novell. c. 13.) si eas ignoret, judicabit? Ad suffragium voco insuper Persas & Aegyptios. His justitiae pictura libris Legum circumgyrabatur, in signum doctrinæ, qua judec polleat? Illis rursum erant Romani, eò quod in doctrinæ judicio assiderent; docti verò his post terga assisterent. Reusn. symb. Impp. class. 2.

f. m. 287.

f.m. 207. Utinam verò ! & ô  
iterum utinam ! nostro ævo  
Curias inire Persæ & Aegyptii  
possent redivivi, quàm omnia,  
alma Themis ! cernerent in-  
versa ! imò ronchis & cach-  
innis hodiernos exciperent  
Caligulas , qui contra jus ,  
*L. ult. C. de Postul. i. & ff. eod.*  
*L. nemini. ubi Bart. l. jubemus. C.*  
*de ADVOCATIS. divers.*  
*judic. Rosbach. in proc. tit de adv.*  
honestatem & æquitatem, Sar-  
tores , Fullones , Pelliones ,  
Plastas , & alios temerarios ,  
malunt in judicio causas age-  
re , quàm Themidos sub vexilo  
militantes viros ! Et tamen

Pruden-

Prudentum volunt inscribitalbo? tam scilicet, quam Lucifer Sanctorum.

Nisi forte, ut Desperatio Monachum, sic *άνωθις* Advo-  
catum facere joco -- serio mihi obspinent. Tempestivè!  
profligabo; modò adsit puer  
cum spongiis, qui in procin-  
ctu absterget vulnera.. Ordinor.  
Ita, ajo, malo augendo  
in perniciem hominum Mali  
exurgant hi γλωσσάσοπες &  
halecipetæ, ut undique rana-  
rum instar, ex impudentis ce-  
rebri cavernulis lites coa-  
xent, coaxatis frigidam sub-  
dolè aquam suffundant, imò

alias

70 CTMBALUM

aliás pacíficos; irritent & ex-  
citent ad litigandum. Tan-  
tum autem abest, quo glorio-  
sæ vocis confisi munimine la-  
borantium spem, vitam, &  
posteros defendant, quod de  
veris causarum patronis exi-  
gitur: l. 14. C. de *Advocat.* di-  
vers. *judic.* ut potius summum  
infamiae stigma clarissimo &  
gloriosissimo J Ctorum nomi-  
ni inurere videantur.

Theologorum choro Hæ-  
reticos; Medicorum Venefi-  
cos, Circumforaneos Phar-  
macopolas, & dentilegas ve-  
tulas; Philosophorum So-  
phistas excludimus. Quidni

alio

ergò

CURIAE.

ergò augustinissimo J<sup>es</sup>torum  
synedrio Illyricos istiusmodi  
socio - fraudos. Et quemad-  
modum ubi catnifices, licto-  
res, pollinctores adducuntur,  
signum est cadaveris sub recto  
latentis : ita quoque tibi pessi-  
mi illi & impudentes vespillo-  
nes manu - tenentur , signum  
est justitiae jam jam perituræ,  
quod nisi quis viderit Saturni-  
as lemas oculis illius inesse  
jure adfirmabo.

Fuge ergò ! Properè fu-  
ge hujusmodi fori tintinna-  
bula , & crumenimulgas ! fuge  
viles halecum nundinationes !

moro.

72 Cymbalum  
morologisatosfuge! nec enim  
legis Juliae poena , quâ eos ,  
qui scelestam factionem ad-  
vertis viros illustres , inierint ,  
gladio puniri debere ab Impp.  
est sancitum , l. quisquis . 5. in  
prin. C. ad l. Jul. Majest. tibi erit  
formidanda ..

Interim non nego , candem  
pœnam etiam in illos latam ,  
qui simile quid adversus Imper-  
atorem tentârint . St'vox ,  
nescio cuius , in aurem mihi  
susurrant : Benè agunt ! rhe-  
dam luto inducunt , nobis e-  
ducendam . Apage ! & Pom-  
ponium l. nam hoc . 14. ff. de-  
condit . indeb . & l. jure | 205. ff.  
de R. I. audi ; Hoc , inquit , na-  
turâ

CURIA.

turā æquum est, ne cum alterius  
damno quis fiat locuple-  
tior. Et səpiùs fit, ut hoc qui  
effutiunt, prægnantes esse di-  
cas, non veritatis, sed rapaci-  
tatis fœtu.

Sed subsisto. Et cum suprà  
quoque selegerim Prudentiæ  
quædam amoma; ejus robur,  
latiùs pandere acquiesco, &  
minutionibus ~~πορεισμασι~~, Ac-  
tatis scilicet & Calumniæ, cœu  
saligneis coarctare viminibus  
pergo. Tu judec dijudi-  
ca, & solve.

•(o)•

D

Caput VII.



## C A P U T VII.

**H**Ocigitur Senatus Legiferi decretum est: JUVENIS A REPUBLICA ABESTO. Lips. in Not. ad Pol. lib. 3. cap. 5. fol. m. 281. Grāde fulmen! sed cur?

Ovid. 6. Metamor.

— non omnia grandior atq.  
Quae fugiamus, habet; Seris ut  
nit usus ab annis;

Contrà:

Idem

Idem de Remed. Amor.

*Flexilis est juncus : salices fle-  
ctuntur amarae :*

— Robora dura minus. . .

Ad stipulor: Scenes meliores,  
& circumspectiores, plusque  
valere umbram Senis, quam  
gladium Juvenis, cum Baldo  
affirmo. Unde etiam à Se-  
nioribus Senatum γεγοιαν di-  
xere. Et Antilochus apud  
Homericum Iliad. vers. ad Me-  
nelaum:

ὅτδ' οἵας νές αὐδερέσ τύπερ Βασίος  
Τελέθησον

κραυπνότερεσ μάρτυρες τε νόω, λε-  
πτή δε τε μῆτης.

D 2 Scis qua-

76 CTMBALUM  
Scis qualia juvenis viri peccata  
sunt, acutior namq; mens,  
imbecille v. consilium.

Ego: negent omnes: mihi stat  
sententia dispar.

Nec enim, sed Pindaricum  
illud improbo effatum:

Φύονται τε καὶ νέοις,  
ἐν αὐδεσίσι πολιαῖ  
θαυά—

Quemadmodū enim fruticē  
interdū fructu lātum, ac flori-  
dum: arborem contra proce-  
ram vetulamq; infelicem,  
sic haut raro in puerovirum  
in viro puerum videmus. Er-  
ras si virtutis, quām etatis

cursum

CURIÆ. 77  
curlum tardioreni existi-  
mas, optimi Præceptoris  
D I S C I P U L U S opti-  
müs Puteanus ait.

Unde nec Leges à Judiciis  
omnino repellunt J U V E-  
N E S ; cum XXV. anno-  
rum Judicem statuant compre-  
tentissimum. l. Sed si. go-  
ff. de Recept. Arbitr. l. euno  
lege. 4l. ff. eodem. l. Spurio.  
6. §. prim. l. Non tantum. 11.  
ff. de Decurion. l. Ad rem.  
3. ff. de MUNERIBUS.

Gerhardus Decad. 3.  
Quæst. 8, Quæst. Pol.

D 3 Dn. Præ-

## 78 Cymbalum

Dn. Praeceptor Arumæus Collegii  
ff. public. Disp. 7. th. 7. Et licet  
Romæ olim, nemini liceret,  
consulare Imperium, ante  
X.L. ætatis annum exactum  
capere: tamen pluribus ci-  
tra cum, si quid dignum laude  
Reipublicæ præstitissent, con-  
sulatum gerere permisum, hi-  
storiarum testantur monumé-  
ta. Hinc etenim clari Rul-  
li: Decii laudati: celebres Cor-  
vini: Flaminii illustres: deco-  
rati Scipiones, qui omnes a-  
dolescentes, res præclarè ges-  
sere magnas: Politiam auxê-  
re: Nomen, honores, Lau-  
desque ad posteros transtulè-

re. Et

CURIÆ.


re. Et famigeratissima Ve-  
netorum Respublica magnæ  
virtutibus æmula Romæ, eti-  
amnum ἀνδρέας παιδαρεῖον.  
et, non quidem ut subsellia,  
numerumque compleant, ad-  
jungit; sed ut instar plantæ  
Scipionibus alligatae paulatim  
erigantur. Non enim καθ'  
ὅλον, quod Homerus *Odis. 11.*  
ait:

αἰεὶ δὲ νεώτεροι ἀφεγδέσθω.  
Semper juniores despiciunt.



D 4

Caput IIX.



## CAPUT IIX.

**J**Am' alterum Dictatoris de-  
cretorio Stylo profero e-  
dictum; quod est: C A-  
L U M N I I S J U D E X  
A U R E S O B S T R U-  
T O.

Grave decretum! & di-  
gnum omnium Curiarum  
valvis, ut aureis inscribatur  
figuris. Imò dignum, ut  
gemmae

CURIA.

si

gemmæ incisum instar inauris  
omnium Judicum auribus ap-  
pendatur.

Quid enim? Mendax & ma-  
litiosa calumnia est infama-  
tio; Veritatis & Candoris ex-  
pers commercii. Cui qui  
se mancipant μισθόν φύλον, sce-  
lestum hominum genit, cum  
falla criminis tūm consāgu-  
ncis, tūm extraneis intendere  
calumniæ sit proprium, l. i. §.  
1. ad Senatusconsultum. Turpissimus  
Paulus lib. 1. Sentent. tit. de Calu-  
mniatorib. non in meritò di-  
xerim.

Et profecto, cum in  
M A S C U L A M illā,

D s

&

¶ CTMBALU'M

& veracem Divam, à duobus  
quasi præliaribus, & castrensi-  
bus sycophantis calumniæ  
missile destinato ictu eminus-  
jactetur, ecquino posset sup-  
primi. Nam & is qui spar-  
git, & qui avidè calidèque  
aucupatur, calumniator est.  
Præclarè Menander !

*Quisquis est qui calumniis sta-  
tim fidem habet :*

*Aut moribus improbis pradi-  
tus est :*

*Aut ingenium habet prorsus  
puerile.*

Acria verba ! & quorum ful-  
mine quilibet arceri debebat,

nc

ne puram illam Veritatis aram  
impuris calumniæ victimis  
profanet. Fecit id, & me-  
hercles augustè fecit! Alex-  
ander terror ille orbis Ma-  
gnus, qui quum ad tribunal se-  
deret, altetam aurem manu  
tegebatur, ut servaretur inte-  
gra Reco.

Utraque siquidem pars suf-  
ficienter, & ex æquo audiendæ,  
*l. jubemus. 9. cum auth. seq.  
l. rem non novam. 12. C. de judic.  
& utriusque allegationibus si-  
ne affectu locus est dandus; &  
hinc oppidò. quem benè Ari-  
stophanes in *Vespis*: *τοις αν αμ-  
φοις μηθον αυγσον τον αν διαστης;**

D 6      utramque

utramque partem nisi audias  
nec judices. Nec etiam o-  
mnium JUDICIS JEHO-  
V A E , ante- Paradiso ejicie-  
batur Adamus, decreto- quām  
ubi es ? vocaretur; & quare fe-  
cisti? inquireretur? Genes.3.vers.  
9. & 13. Imitare ! & Divi Au-  
gusti apud Senecam in *Claudiis*  
*apocolocyntosis f. m. 291.* verba  
altius ruminare: Dic mihi, in-  
quit , Dive Claudi , quare  
quenquam ex his, quos , quas-  
que occidisti , antequam de-  
causa cognosceres, antequam  
audires, damnasti; hoc fieri so-  
let in cœlo? non fit. Ecce !  
Juppiter , qui tot annos re-  
gnat, uni Vulcano crus fre-  
git, quem

CURIÆ.

Εἰ ϕε ωδός Τελαγών δημο<sup>τ</sup> βηλη<sup>τ</sup>  
θεωεσίοιο,      Iliad. a f.m. 32.  
& iratus fuit uxori, & suspen-  
dit illam; nunquid occidit?  
Sed & monumenta narrant,  
fuisse quempiam corporis,  
tāni exilis, ut, soleas plumbo  
muniverit, ne abriperetur  
vi venti: simili periculo Tu  
Judex, stanno veritatis, ne  
calumniæ abripiare flatu.

Prudens erit obsequiosus,  
& cum Aegyptiorum judici-  
bus Saphirum, Veritatisque  
Numen de collo habebit su-  
spensum. Reuſn. claf. 2. symb.  
Imp. f.m. 207. Imò cum Justi-  
niano, per legitimos trami-  
tes calumniantium iniquitates ex-  
pellet. in Præfat. Inst. in pr. Diaboli

D 7      vero

86 C T M B A L U M

verò vasallus, cum sua reginâ,  
diabolarem, quam meruit, ac-  
cepturus mercedem, cum  
Claudio

Ovid. 3. Met. vers. 272.

---stygias penetrabit ad undas.  
Cujus in næniis, ingenti μεγα-  
ληροείᾳ cantabatur: Potuit ci-  
tiùs discere causas, unâ tan-  
tum Parte auditâ, sæpe & neu-  
tra. Seneca dicto loco fol. 292.

Fiat modô! fiat! sed & ô u-  
tinam! in vivis, cœu olim Ro-  
mæ, Cicer. pro Sex. Rose, Amer.  
sic etiamnum κ, quâ veteres  
calumniam scribebant, signa-  
rentur, quò faciliùs istiusmo-

di Di-

87

D

CURIA.

87

di Diabolicae viperæ evitari  
possent! Interim

*Homines, qui gestant, quiq; au-  
sculant criminis*

*Si meo arbitratu liceat, omnes  
pendeant.*

*Gestatores linguis, Auditores  
auribus.*



CAPUT IX.

P Rudentiæ finem feci: uti-  
nam Judices Imprudentiæ!  
Jam ordo metrahit ad tertii-  
um è Themidos luco secan-

dum fru-

**C**IMBALUM  
dum fruticem, qui est ḥωρφα-  
για. Pestilens fructus! & o-  
mnium injuriatum Aeolus!  
Ergo: JUDEX ἀδωρεόντως  
ESTO. Exod. 23. vers. 8.  
Deuteronom. 27. vers. 26. Exod.  
18. vers. 21. Esaiæ 5. versu 23.  
Syr. 8. Proverbior. 17. 2. Para-  
lipom. 19. l. plebiscito.. 18. de Offic.  
Prasid. Cicer. lib. 5. ad Atteis.  
Epistol. 20.

Affabré honestum plebisci-  
tum! Quod vel Midam  
quemlibet etiam in ipsā viā,  
qua ad Orci aulam à ḥωρφα-  
για dehortetur.

Itaque macti IUDICES!  
patiamini. Ego enim son-

tico

CURIÆ.

89

tico isto, & nostro seculo  
planè Epidemio C A R C I-  
N O M A T I, emplastrum  
ex saluberrimo Aegyptiorum  
Thebanorumque myrothe-  
cio adhibere conabor.

Hi autem volâ & oculorum  
acie orbem Justitiae finge-  
bant *einwärts*. Quare autem §  
Judices

Alciat. Embl. 59.

---

-----capiant nec xenia;  
nec se  
Pollicitis fleti, Muneribus ut  
finant.

At, ô alma Dice! Argo, qui  
tamen,

centum luminibus cinctum ca-  
pus - ubabebat, &

## 90 C T M B A L U M

& ipso Lynceo, quem in quer-  
cetis medios arborum trun-  
cos visu penetrass̄, Poētæ  
prodiderunt, acutiores no-  
stri sunt judices; aduncatis  
vulturiis rapaciores. Adcō,  
ut ne esculentis, & potulen-  
tis, quæ tamen, nisi intra di-  
es proximiores prodigantur,  
accipere lex vetat, *dicto loco*  
*plebiscito. 18. de offic. Praesid.* con-  
tent, amictus etiam à clien-  
tibus materiam cauponentur?  
sed ô omnium rerum turpissi-  
mum, maximèque nefarium,  
ob rem judicaram accipere  
pecuuiam, precio addictam  
habere fidem & religiouem!

cum

cum Romanorum disertissi-  
mo Rhetore *Cicerone in Verr.*  
exclamo. Itanē volam in  
hoc quasi Justitiae thesauro ad  
raptum efferre Christiano-  
rum Judicium? ô gangrænam  
ferro rescindendam! imò cū  
Alexandro Severo stipite &  
fumo, immanni profecto, sed  
tamen fictis istis pestilentiali-  
bus digno suppicio, extirpan-  
dam! *Aemilius Lamp. in Ale-*  
*xand. Sever. fol. m. 370.* Ubi  
hodiè Cambyses aliquis, qui  
Syamnis cutem in lora disse-  
ctam tribunali superinducat?  
*Herod. l. 5.* ubi Darius aliquis  
δωρολήπτης Prætoris gulam tor-  
to func fracturus?

ubi

92 C T M B A L U M

— ubi tu lex Iulia? dormis?  
excitare! & ut olim auri Har-  
pyas capitis vel deportationis,  
plectebas poenâ: l. 1. & l. 7. §.  
hodie. 3. ad l. Iul. rep. & C. eod. l.  
fin. C. de pæn. jud. qui mal. jud.  
Novell. 124. c. 2. ita earundem  
æmulatores ad locum ubi mu-  
res ferrum rodunt relegato.  
Merita est enim, & adhuc me-  
reri pergit, Mercurii ista pro-  
les, quæ Jus & Acquum, cum  
omnia ὁνια ἡγετεῖ, Aristot. 2.  
Rhet. 16. cœn venales extrudit  
merces; ex alto ridens quid  
Codex vel Biblicus vel Juridi-  
cus minentur? His

Petronius:

Ergo, judicium nihil est nisi publica  
merces;

Atque Eques, in causa qui sedet,  
empta probat. Rebus

CURIÆ.

Resipilcite ô Judices , digi-  
tosque continete ! nî A-  
cheronticos, sed Elysios indu-  
gredi campos ; imò , si in  
executorio die , omnium  
J U D I C I C H R I-  
S T O , puræ conscientiæ  
T O G A sisti velitis ! ego  
ab hinc proprio, & quar-  
tum -- endojacere  
encarpum me  
adorno.



Caput X.



## CAPUT X.

**S**Ic igitur Prætor per Pixco-  
nem edicit. JUDICES  
LEX LOQUENS  
SUNTO. Quid ita? ne  
quid  $\omega\mu\sigma\omega\pi\lambda\mu\psi\alpha$ , gratiâ,  
odiô, & irâ judicent, Deute-  
ronom. i. vers. 17. & cap. 16. vers.  
19. Levitic. 19. vers. 15. Exod. 23.  
vers. 6. Proverbior. 18. vers. 5.  
cap. 24. vers. 23. cap. 28. vers. 21.  
Esai. 10. vers. 1. Jerem. 5. vers.  
28. vers. 3. & fuliginem tribu-  
nalibus aspergant; quâ

*οκολιας*

CURIAE.

95

— σκολιάς κείνωσι θέμισας  
ἐν δε δικην ἐλοίσωσι, θεῶν ὅπιν σόκ  
ἀλέγοντες

Iliad w.

— depravant publica Jura,  
Justitiamq; fugant, divūm-nil  
verba verentes.

Et profecto, liberè ore effa-  
bor, quò suum  $\omega\mu\sigma\pi\lambda\psi\alpha$ .  
vexillum præfert, & explicat,  
illuc continuò fraudis & inju-  
sticiæ Satellites, occultâ quâ-  
dam visua castra reponunt.

Interim ne totam veritatis  
evertant acropolim; Archi-  
medes ero, & missilium- le-  
gum globos strenuè contrà  
jaculabo. Idq; eò confi-  
dentiùs,

dentiūs , quia iudex regulas  
Iuris , & non conscientiam su-  
am legibus adversantem sequi  
debere Baldus perscrispit. in h.  
fin. C. de Pæn. Iudic. qui. Aggre-  
dior ergò. Legibus non affe-  
ctibus delicta expiare Judicem  
debet , utpote legis ministrū.  
l. 1. ff. de LL. Bellov. l. 2. præt.  
crim. cap. & n. 64. Sin secus, Le-  
gi , quâ se prudentiorem per-  
niciosè persuadet, injuriæ fit  
Reus , & crimen majestatis,  
cujus est leges & ferre & abro-  
gare, committit audacissimū:  
Baldus l. 2. C. de sentent. ex bre-  
vit. dicend. cap. inferior. dist. 1.  
Severè ! & ad quæ quilibet Ju-

dex trc

CURIÆ.

97

dex trepidet; sed iam n̄ æquè!  
Nec enim aut seyeritatis, aut  
clementiæ gloria judicanti af-  
fectanda; sed perpenso judi-  
cicio, prout quæque res expo-  
stulat, statuendum est. *I. perspi-  
ciendum. II. ff. de Pœn. I. Pedius  
4. S. prim. ff. de Incend. Ruin.  
Ec. I. quod favore. C. de LL.*  
Plenius. Parafrenarius E-  
quum freno agit, temperat;  
Quid ergo mirum, si Judicem  
immodicè lævientem tempe-  
ries *L E G U M ? I. 2. C.  
de Custod. Reor. Gomez. Resol  
Tomo 3. capiz. 6. num. 7. f. m.  
sis.* Fidenter hinc Sanctus  
Scriptor: Bonus, inquit, judex.

E nihil

C Y M B A L U M

98 nihil ex arbitrio suo facit, aut  
proposito domesticæ volun-  
tatis, sed juxta Leges & Jura  
pronunciat; Statutis Juris ob-  
temperat, non indulget pro-  
priæ voluntati. *Ambros. c. ju-  
dicer. 3. quest. 7.* Pulcra gno-  
me & admonitio; sed hodiè  
proh Themis! quam rara avis  
in Curiis & nigro cygno simili-  
lma! En! hujus rei inlu-  
strandæ exemplum inlustre,  
ex Horologio P.P. petitum,  
cujus verba ob elegantiam in-  
tegra libet ascribere. *An-  
ton.de Guevarra Horolog. P.P. lib.  
1. capit. 2. fol. 9.* Consuetudo c-  
rat, & Lex inviolabilis R.O.

MAE,

CURIA.

MAE, usque à cinnæ tempore,  
re, ut Censor à Senatu designa-  
tus loca universa Provinciæ il-  
lius, quæ ex omnibus ipsi Itali-  
æ Regionibus forte obtigerat,  
obiret & inspiceret; fine tripli-  
ci: I. Ut cognosceret, num quis  
de Justitiæ Administratione  
quereretur, II. Ut explora-  
ret, quis status esset Reipubli-  
cæ. III. Ut singulis annis fide-  
litatis erga Romanos juramē-  
tum exigeret.

Itaque cum Censor ille Ro-  
manus, NOLAM, Oppidum  
Campaniæ ingredetur, Re-  
gione illâ visitaturus, hospitē  
Optimos quosq; jubebat acecr-

sunt enim , inquiens , non-  
nulla sacri Senatus nomine il-  
lis dicenda . Ille abit , & se-  
pulchra adit mortuorum , qui  
illie erant humati ; & clarâ vo-  
ce ; Heus , inquit , *B O N I*  
*VIRI* , venite mecum , vocat  
enim vos Censor Romanus .  
Censor neminem venire vi-  
dens , iterum juber hospitem  
illos accersere . Is ad sepul-  
chra denuò reversus , mortuis  
ait ; *Adeste VIRI BONI* , vo-  
cat enim vos Censor Roma-  
norum . In hunc modum &  
iisdem verbis tertium voca-  
bantur .

Cum autem tertium acce-

rit in o-

## CURIÆ.

102

siti non venirent, indignatus  
Censor, inquit hospiti: Quan-  
doquidem jussu meo *Boni Viri*  
nolunt venire, illuc ibo: ita-  
que mecum progressus, mihi  
illos monstra. Gravem c-  
nim meretur animadversio-  
nem, quicunque Senatus di-  
cto non est audiens. Hospes  
pauperculus Censorem manu  
prehensem ad sepulchra du-  
cit, ad quæ dudum abierat, &  
mortuos denuò compellans,  
Ecce! inquit, *BONI VIRI*,  
adest Censor Romanus vos al-  
locuturus. Censor indigna-  
tus, quid agis, inquit, hospes?  
Ego te vivos vocatum misi,

E 3 tu



tu verò mortuos vocas. Cui  
hospest: si prudens es Censor  
Romane, hanc mirum tibi vi-  
debitur, quod feci. Omnes  
quippe *VIRI BONI* hujus  
Regionis jam-olim sunt mor-  
tui & his monumentis sepul-  
ti. Praeclara mediussidius  
Romanorum consuetudo!  
sed & ô prudens Nolanus ille  
Censoris pauperculus hospest!  
Quorsum verò ista? ut o-  
stendam, quanta etiamnum  
sit *BONORVM VIRORVM*  
caritas.

Et mentiar ego, nisi hodiè  
Censor Justitiæ *BONOS VI-  
ROS*, l. continuus. 137. §. 2 ff.  
de V.O. l. Vir bonus. 18. ff. jud. sol-  
vi. b.

## CURIÆ.

103

vi.l. 78. ff. pro sociis. hoc est, sanos Astrææ Dicastes, lustratus, magis mortuos, quam vivos; (exceptis excipiendis, qui tamen omnes in uno annulo prescribi, veteri verbo, posset) invenerit. ὅ ergo miseram Rem pub. cuius judices ~~περισσοτέλειας~~ πολυπλοκὰ sunt! Nam quid aliud agunt, nisi fontes infontes, infontes fontes pronunciēt? & illud Solonis, Laers. fol. m 30. qui leges aranearum telis similimas esse ajebat, quippe quibus leve involvatur, gravius perrumpat, faciant verissimum? In Arcadio, Cypri Insulæ monte, Flaviam herbam natci dicunt, è quâ sanguis destilletur,

E 4 cuius

cujus liquore calido illiniti  
ad amorem, frigido vero ad  
odium etiam inviti trahantur.  
*Horolog. PP. l. 3. c. 8. f. 485.*  
Verum, ita me divus amet Ge-  
nius! nisi eodem tepido quasi  
facto, non intinxisse, sed plenis  
faucibus sese ingurgitasse istius-  
modi putes, putes autem iudic-  
ares, Judices, adeo vicissatim  
cum in amorem, tum in odi-  
um proniiores inclinant.

Quid ergo prodest, si sit qui  
Leges sanciat, nec sit qui in-  
telligat, nec sit qui exequa-  
tur? si sit qui exequatur, nec  
sit qui servet? si sit qui conser-  
vet, nec sit qui custodiat? si sit

unus

CURIA.

165

unus qui custodiat, & multi  
sint, qui easdem contemnāt?  
Quid ergō, inquam, prodest?  
nisi quod Tabulas quidem Le-  
gibus plenas: at Judices vel  
crassiores, vel lassiores Respo-  
tueantur. Zalucus apud  
Valer. Max. constituerat, cru-  
endis oculis adulterium puni-  
ti, ideóque cum filius ejus, eō  
deprehensus, secundum jus  
paternum esset puniendus, to-  
ta Civitas pro mitigandâ pœ-  
nâ intercedebat. Cujus pre-  
cibus pater, quamvis ægrè, cō-  
motus; ne tamen latum ab  
ipso decretum infirmaret, &  
filium utroque lumine orba-

E s

ret, si-

ret, sibi unum, & filio unum  
erui passus est oculum. Locri  
verò tam religiosè suas habe-  
bant leges, ut novas fancire  
tentantis gulam prius laqueo  
munirent; quō, si malas, strā-  
gularetur; sīn æquas, incolu-  
mis dimitteretur. Õ non col-  
lo, sed pedibus; nonreste sed  
ardentibus catenis hodiernos  
quarundam Curiarum: in am-  
bustulatum corvorum pabu-  
lum νομοφύλακας suspendendos!  
Õ virgis & loris, furcā & rotā  
perdendo! utpote eos, qui jus  
liū cuiq; tribuere abnuūt; ēpi-  
cineas conferre recusant; af-  
fectibus quam legibus uti ma-

lunt:

CURIA.

lunt; *ωρωποληψίᾳ* gaudent;  
calumniosum jus adprobant;  
calumniatorum aures auris  
mancipant: insontes causâ in-  
dictâ daimnant: sontes absol-  
vunt, &, ( breviter ) quamli-  
bet Legem & consuetudinem,  
quodlibet Jus & statutum ab-  
rogare, vel saltē spernere,  
& propriâ authoritate dispen-  
sare satagunt; ut non immeri-  
tò Seneca in *Agamem.* exclamârit :

*Perière Jus, Decus,  
Fides!*

E 6 Mcmine-

Meminerit scilicet Judex, nō  
ipse quid velit, sed L E X quid  
jubeat, suadeat religio, Aequi-  
tas postulet.

Meminerit se D E U M ha-  
bere testem; id est, mentem  
suam, quā ecquid homini De-  
us diviniūs dedit? Meminerit  
se non hominis sed Dei exer-  
cere judicium, quem Censo-  
rem justissimum supremā illā  
census die, injustitiæ adseclæ  
& satellites habebunt gravissi-  
mum. Ecce! enim, & sce-  
leratis, & candidatis, Sol ori-  
tur; Piratis & Mercurio-pro-  
gnatis patent maria: simili-  
ter promiscuè radiatum illud

Juris

CURIA.

Juris lumen Judex tam Iro  
quam Cræso proferat : tam  
Vatinio, quam Pylio Aequor  
Justitiae ne intercidat ; quo &  
ille cum Didone Virgilianâ .  
1. Aeneid. vers, 575.

Tros, Tyriusq; MIHI nullo  
discrimine agetur.

excelsè glorietur. Verè hinc  
Aegyptii, & in ipso Astræo-  
leastro, Hieroglyphicam Ju-  
ris & Justitiae, excidere Cu-  
pressum; ut quæ à radice ad a-  
picem usque recto stipite sur-  
gat: folia æquo diametro pro-  
tendat; nec ramus ramum ex-  
superet, vel extendat. Eo

E 7 nemipè,

CTMBALUM  
nempè , ut judex meritis ex-  
pendere causam debeat, quē-  
que ab æquo

neque Auster  
Dux inquieti turbidus Adria  
Nec fulminantis magna Jovis  
Manus ,  
Si fractus illabatur orbis  
Impavidum feriant ruine.

Horat. 3. Od. 3.

Et quo de aliquando Mortā  
necato verè decantari possit:

Olymp. Nemei. Eclog. 3.

Heu uu - u jaces lethalifrigore  
mersus !

Lege hominum , ( cælo dignus  
canente senecta  
Concilioq; Deūm , ) plenum ti-  
bi ponderis aqui

Petaw.

CURIÆ.

Pectus erat; tu ruricolum discer-  
nere lites

Asueras; varias mulcendo que-  
relas.

Sub te ruris amor; sub te reve-  
rentia justi

Floruit; ambiguos signavit termi-  
nus agros.

Blanda tibi vultu gravitas, &  
miti serenâ

Fronte supercilium, sed pectus  
mitius ore.



Caput XI.



## CAPUT XI.

**I**Ami, ut Medici, postquam  
Iussurunt & secuerunt, non  
omittunt statim ægrum, aut  
deponunt: sed benigna somē-  
ta quædam & acopa adhibent  
doloribus mitigandis: sic in  
judice ego, cuius carcinoma  
quoniam ferro legum, & igne  
exemplorum satis purgasse  
me videor, lenibus nunc qui-  
busdam oleis fovebo, & tra-  
ctabo manu, quod dicitur,  
molliore.

Descendam

Descendam scisicet ex ipso  
æne~~Æ~~ Codinias delubris, mecum-  
que eundem in ipsum amoeni-  
tate plenum Aequitatis dedu-  
cam viretum. In quod, si æ-  
quis & firmis inspicio oculis.  
ecce! Rigorenti æquitati ali-  
quo modo cedere, l. placuit. 8.  
C. de jud. l. 90. ff. de R. I. & Iusti-  
tiam Misericordiâ quasi comi-  
tari animadverto. Maximè  
verò, quando Lex, quæ tamē  
contra æquitatem statuere e-  
rubescit, vel Deo & Honesta-  
ti contrariatur, vel omnino  
est nulla. l. si quis in suo. §. le-  
gis. C. de inoff. test. l. fin. C. de fure.  
l. ult. C. contra ius. c. non licet. dī-  
stinct. 10. Absque hoc verò si sit,  
eam

cam nec verbis , nec literis ,  
Judex inculcet , sed benignâ  
ratione relaxet , rebusque ac-  
commodet judicandis . Ne ,  
quæ salubriter in usum homi-  
num sunt introducta , l. quod  
favore . C. de LL ea strictiore  
interpretatione pessimè & se-  
verè deprædetur ; quo alteri  
parti jus suum vel coarctetur  
vel omnino claudatur . l. ius  
argentarium . 10. § 1. gloss & Dd.  
ff. de Edend. Manifestò erenim  
Legibus & consuetudini salu-  
tari , in quas & jurare , & sequi  
Judex debet , l. rem novam . C de  
jud. Novell. 9. §. 1. Inst. de Offic.  
Iud. l. & ideo de LL & L. inter.  
C. de LL & Const. Pp. Fachin. 1.  
contro-

CURIÆ.

115

*controvers. c. 3. ut tantum Prin-*  
*cipis est : ita non propriam*  
*conscientiam, Legibus adver-*  
*santem, sequi, verum semper*  
*æquitatem & justitiam, tan-*  
*quam Lesbiam regulam, sum-*  
*mo juri, quatenus scilicet ra-*  
*tio permissit, præferre est ju-*  
*dicis. Respiciendum est judi-*  
*canti, ne quid aut durius, aut*  
*remissius constituatur, quam*  
*causa deposita. l. ii. in princ.*  
*ff. de Poen.*

Unde placuit, inquit Constantinus Imperator *dictâ lege*  
*placuit 8. C. de Judic. potiorem*  
*æquitatis quam stricti juris ra-*  
*tionem habere.*

καλόν

καλόν γέοι νόμοι σφόδρ' εἰσίν:  
 ὁδὸς ὁρῶν θάσης νόμος  
 λίαν αἰχματῶς συκοφάντης  
 φαινεῖται.

*Magnum bonum sunt Leges,  
 sed si quis nimis has intuetur  
 acutè Sycophanta est.*

Menander ait. Et nervosè Plutarchus: Qui, inquit, magnis in reb⁹ Iustitiæ se vult exhibere cultorem, eum profecto j⁹ interdū in parvis violare decet. Nervosè? ecce enim! ut Prudentis Medici est citò, tutò, & jucundè curare: simili modo, sanioris judicis erit, cunctanter deliberare, catè decernere, & celeriter exequi.

Nil

Nil etenim non antè tentandum , quò dubiam indolem ,  
& pejore loco positam revo-  
ces , quām supplicium sumas.  
Nemo enim , Senecæ est ver-  
dum , *de Clement. l. i. f. m. 69.* ad  
supplicia exigenda pervenit ,  
nisi qui remedia consumpsit.  
Ergò initio argumentis : pōst  
Nemēsi : ab hinc minis pœna-  
rum à scelere scelus abducen-  
dum . Ubi verò omnino in-  
pertusum dolium dicta inge-  
rere judex se fenserit , tunc ad  
supplicia pergendum , non  
quidem quæ tollant , sed quæ  
istiusmodi καθάριστα sanent.  
Quod si & horum , nihil me-  
lioretur , ad decretorum sti-  
lum accedendum , &

i. Metam.

118 Cymbalum

immedicabile vulnus  
Ense rescindatur, ne pars sincera trahatur.  
1. Metam., Vers. 190.



Caput XII.

Sed & hunc ~~περσικόν~~ volui, deflexi, surculum : pango nunc quintò stollionem, qui est integræ yitæ, scelerisque puræ. Ut : JUDEX SEQUE SUOSQUE PRIUS -- NOSCAT. QUAM IN ALTERIUS DELICTA INQUIRAT, Ov γέγραπτος Τῶν ἀλ-

λευθερῶν

CIRIÆ.

λαν εῖναι τιμῆγη δικαστήν τὸν τὰ οἰ-  
κεῖα παρεγένθα: ut græca, vel  
ut Latina sonant: Non con-  
venit, ut aliorum sit Judex a-  
cerbus, qui propria errata  
negligit. *Isidorus Pelusiota lib.*  
*4. Epist. 27. Benè! Verūm.*

*Theognid. f. m. 23.*

χρένας ταμπῆδην ἀγαθὸν καὶ μέ-  
τειον ἄνδεα  
τῶν νῦν ἀνθρώπων ήλιον κα-  
θορᾶν,

Sentis & dicas ; verè; & ego  
respectivè tecum. Sed & il-  
la Ciceronis duo effata veris-  
sima esse non infiteberis, imò  
æquissima , confiteberis ,  
quorum Prius ; in Verrem.  
postu-

postulatur ab omnibus , ut ab  
iis se maximè abstineant , in-  
quibus alterum deprehende-  
runt . Furem aliquem ut ra-  
pacem accusâris ? vitanda ti-  
bi erit omnis avaritiæ suspici-  
o . Maleficum quempiam ad-  
duxeris ? aut crûdelem ? ca-  
vendum ne qua in re asperior,  
aut inhumanior fuisse videa-  
re . Corruptorem adulte-  
rum ? Providendum erit dili-  
genter , ne quod in vitâ vestigi-  
um libidinis appareat . Omnia  
postremò , quæ vindicaveris in  
altero , tibi ipsi vehementer  
fugienda sunt . Etenim non  
modò accusator , sed ne-

objur-

## CURIA.

122

objurgator quidem ferendus  
est, qui quod in altero vitium  
deprehendit, in eo ipso depre-  
hendatur. Alterum *in Para-*  
*dox.* Refrenet primum libi-  
dines: spernat voluptates: ira-  
cundiam teneat: coérceat a-  
varitiam: cæteras animi labes  
repellat; tūni incipiāt aliis im-  
perare, cum ipse improbissi-  
mis dominis, dedecori & tur-  
pitudini parcere desierit. Ma-  
ximè tamen judices literati.  
Quis enim hominum aut me-  
liùs aut firmiùs integritatem  
colat? quis scriùs legum capi-  
stra excutere, jugum abjicere:  
repagula effringere, & non  
tantùm planè jus conculcare,

F debeat?

## 122 CYMBALUM

debeat? ὃν ἐνν̄ ε' ἀρχας, μή απ-  
 χθέντω, insigne Philosophorum  
 Aquilæ habet veriverbium; 3.  
 Pol. 3. nec majus exinde latissi-  
 mè quasi te pandit Judici op-  
 probriuni; In quod tamen ne-  
 incidat, l. 19. ff. de off. præf. & di-  
 gnus, qui fullonio fructu ad  
 saturitatem usque farciatur,  
 dicatur, studiosius evitet. Chi-  
 rurgus suas sanare impos vo-  
 micas, aliis si tentârit restitu-  
 ere sphacelum, nonnè adunco  
 suspendebitur naso? Idem fit  
 judicii totum sceleribus ulce-  
 roso, si aliis velit apostema.  
 Adcommodaté Horatius, Sat.  
 3d. 1. vers. 25.

Quum

CURIAE.

123

Quum tua pervideas oculis mala lippus  
inunctis

Quar in amicorum vitiis tam cernis.  
cutum,

Quam aut Aquila? aut serpens Epidau-  
rius?

Verum age! lubet paululum  
cum sanguine illo Diis oriun-  
do, Scatig. Exerc. 228. sect. 3. jo-  
cari. Imbrium frequentia, fa-  
bulatur, coenosam atque cor-  
ruptam viam ibat vix pecula;  
cujus caudam multo luto, &  
fœdam & gravem cavillata-  
simia. Quin, inquit, misella im-  
portunam, inutilemque sarcinā

F 2

depo-

C T M B A L U M

124 deponis? cui sapiens bestiola?  
Malo fœditatem minore, fortuitâ, temporariâ tegere fœditate, quam edere ridenti populo spurcissimum spectaculum. Tu tibi apertas habe palam turpiculas nates. Jam quid lepidâ, hâc fabellâ, qnamvis & cœnosa, relini, queritas? nempe, ἀπαντες ἐσμόντες τὸ νύθετεν σοφοι: αὐτοὶ δὲ ἀμαρτίνοντες γένωσκομόν; Eurip. Nec videmus manticæ, quod in tergo est; Catull. Quod enim hîc fuit simia, tales pleriq; ( nec enim omnes ad idem hîc referre ausim comparatum,) in Curiis judices; ut qui spucissime quæque vel ipsi peragunt,

CURIA.

175

peragunt, vel subolem suam  
peragere connivent. Et quod  
h̄ic vulpecula, talis s̄æpiūs re-  
tus, ut qui minori cœno gra-  
vatus incedat. Venustè hinc,  
& ex tripode quasi, Germani:

Es geht in der Welt also zu /  
Ein anders ist des Schulzen Kuh /  
Niemand gedencket hinderrück /  
An seinem Sack vol böser Lück.

Tu disquire & conjice cœtera. Ego  
(ne, quod dicitur, vitulo prætoris  
feriam oculos,) plura non addo; sed  
ad Themidōs textum Germen  
rectā pergo.

---

CAPUT XIII.

Quare, macti judices! & quo  
ferocitatis vestræ chalybs  
mitigetur clementia freno

F 3      VOS

CYM BALUM  
voscoherceripatiāmini. CLE-  
MENS, ajo, JUDEX ES-  
TO. Mitis & mollis Diva! Fi-  
dei germana! juris alumna! cuius  
fanum ut recta intretis, en! duas  
quasi vobis ostento scalas, que, non  
aliter ac carbones flammæ, hanc fos-  
vent Reginam; Humanitatem &  
Benvolentiam. Nihil enim  
tām peculiare est Imperialis  
majestatis, quām Humanitas,  
per quam solum Dei scrutatur  
imitatio. l. 27. C. de Donat. int.

Vir. & Vxor. Et sola Benivolentia  
virtute princeps, ( vel etiam  
subdelegatus, ) Dei circagenus hu-  
manum clementiam, ( quantum  
admodum et leviter admodum nati-  
onēi etiam mē. iniquum

207 23

CURIAE.

127

natura nostra possibile est ) imita-  
tur ; qui quotidianis hominum pec-  
catis semper ignoscere dignatur ; &  
pœnitentiam suscipere nostram : &  
ad meliorem statum deducere. l. 23.

C. de nupt. in princ. O magnam  
& divinam virtutem ! & quâ vi-  
gente non aliter ac cœlum su-  
dum , ferentat Respublica , flac-  
cessente , caligat !

Si quoties peccant homi-  
nes sua fulmina  
mittat

Juppiter , ex quo tem-  
pore inermis erit.

2. Trist. 34.

F 4 Quod

ng CTMBALUM

Quod si, igitur, Di placabiles,  
& æqui, delicta potentium nō  
statim fulminibus persequun-  
tur: quanto æquiūs erit, homi-  
nem hominibus præpositum  
miti animo exercere imperi-  
um? *Sen. 1. Clem.* Nulla etenim  
ex sœvitia speranda laus; nulla  
gloriosa posteritatis fama. Et  
quî posset? Sine pennis evola-  
lare haud facilè 'st, Plautinus  
ait servus in *Panul.* ego dico,  
sine clementiæ alâ eminere.  
Utere igitur hâc ô judex! ute-  
re! nec turbulento animi af-  
fectu, sed placido utere judi-  
cio. Fumus vel ceparum eti-  
am acor, oculorum debilitat-  
aciem, radiosque inhibet  
visi-

## CURIAE.

129

visivos: haut aliter iracundia  
mens rationis obfuscat lumē.  
Contra: Malvæ aspersus suc-  
co, nec capum aculeo, nec mor-  
su scorpionis, aranearumque  
læditur ictu: sic clementiæ o-  
leo judex, non ulla iracundiaæ  
bile. Muliebris enim potius,  
quam excelsi est animi, quan-  
to cyius furere irâ, & crudelita-  
te, cœn flammâ ædes, Resp. de-  
populari; nec tamen abest,  
quin plerunq; exitiosopotia-  
tur fine. En enim crudelitatis  
exemplum unicum crudelissi-  
mum! sed & Nemesin justissi-  
mam! Anno 1537. pagumquen-  
dam, qui honoris ergò omitti-  
tur, Martis ingrediens vafa-

F s lus, Ic.



## 130 Cymbalum

lus levicula causa ad gladium  
dam habatur Theatr. Diab germ.  
part. 2 f.m. 193. lit. b. Ille intrepī-  
dus, ad Judicē & Scabinos, Falsi,  
inquit, & injurit estis judices; ec-  
ce enim quod damnor, ad placi-  
zum vestri sit Regiminis superioris,  
solā pecunia, quam pauxillam mi-  
hi esse nostis; prædā. Quare, me  
istam liberè & sponte daturum di-  
mittite, & innocentissimo sangu-  
ne pollui cavete. Jurabo, me  
nunquam, donec vixero, ulturum.

Hi autem occlusā aure decreto-  
rium exequi pergunt editum,  
Quibus  
Ratisv accidet ut ceteris  
ol. aut. t. 3

CURIÆ.

Quibus ille denuò, Ergo, ait,  
cum chalybs omnino vestras obsi-  
gnarimentes, & aures, injustèq;  
me damnetis, Joëlis 3. agite !  
ad vallem Josaphati vos famelicos  
& aris sicutissimos voco judices,  
quò experiamini, quām pessimè ve-  
stro occisus sim decreto. Quid au-  
tem ? vix unius anni circulo revo-  
luto, quatuor è Synedrio isto judici-  
ali miserrimè occidunt. Fulmine  
annus, alter adversarii sicâ ; suspen-  
dio ex furto tertius, & quartus ar-  
dentissima febris inflammatione ;  
quorum hic jam moribundus,  
(horresco referens), Satan, ait,

F 6

CURÆ

cur cessas? quando animam è  
corpore tollis? tibi enim ha-  
etenus servivi: tuus igitur sum.  
Nolo in vallem Josaphati ad  
militem deduci. O crudelita-  
tem crudelissimam! sed & ô  
Nemesin gravissimam, dignis-  
simam! Quid nunc? doletnè?  
Hem! sic datur, si quis Judex  
Deum, Legesq; spernit. Quare  
cave! alterius exemplo moni-  
tus. Et quoniam sine peste &  
pernitie generis humani vin-  
dicta tolli nequit, temperatè,  
& cum judicio medio tutissi-  
mus ibis. 2. Metam. v. 137. Et

ignoscere pulcrum  
Jam misero ——————  
alius canit Poëta: at hodiè fre-  
quentissimum in ulciscendis  
vitiis

CURIAE.

vitiis summam crudelitatem  
purpureo justitiæ mantello  
velari. Sed patiare! Qui suo  
hosti, gladio aperiebat tuber,  
necandi animo faciebat, non  
persanandi. *exemp. ap. Sen. 2. de  
benef. c. 19.* Idem tu h̄ic senti.  
Multi enim judices cum obesse  
volunt, prosunt, cum prodesse  
obsant. Imò nondum omnis  
lucis tenebras præter volâsse,  
perpende. Ego in his acquies-  
co, & Claudio gemmâ con-  
signo:

*Sis pius imprimis: nam quum vinta-  
mur in omni*

*Munere: sola Deos aquat clementia  
nobis.*

O non nisi è cœlo verba! hau-  
ri judex, hauri; sed & sequentia

F 7

libens

334 CTMBALUM

libēs lege, ubi intellexeris, di-  
judica, & utere benignè diju-  
dicatis.

## CAPUT XIV.

**T**RANSEO igitur septimō ad  
Temperantiam, omnium  
quas hactenque s̄istit, virtutum  
pr̄esidem. *O saluberrimam Di-  
vam! & omnis societatis concilia-  
tricem!* Nec enim metuo, quin  
quilbet sanus, audito solūm  
*σωΦερούνς* nomine, quanta sit  
properè persentiscat. Et quam  
anadil

verē

CURIA.

137

ντεὶ σῶα Φρέγνοις, salva Pru-  
-dentia Stobæo, serm. s. aliis  
σώζου τὴν Φρέγνοιν dicatur, affir-  
-met. Quare, E B R I U S  
NE JUS J U D E X DICI-  
TO? Μεθύων γδ, Plato ait, κυβερ-  
νίτης οὐκτὸς των ἀρχῶν, ανα-  
τρέπει τάντα, εἴτε τωλοῖον, εἴτε ἄρ-  
μα, εἴτε σεαζοπέδον, εἴθ' ὁ, πι τοτὲ  
εἴη κυβερνάμενος ὑπ' αὐτῷ. Vel si  
Latina mavis: Ebrius gubernas-  
tor, & cuivis rei prefectus alius  
omnia subvertit, sive navigium;  
sive currum; sive exercitum, sive  
aliam rem quamlibet fidei sua com-  
missam. Et quis, quæso,  
est, qui ebrietate men-  
tis lampada extingui non  
poterat nisi oligis bono  
nove

noverit? Phœbi radios, nubi-  
um intercipit densitas: vix ali-  
ter vapor vini, cerebri fulgo-  
rem. Ad primè! Græci: *ωδ-*  
*χεῖα γαστὴρ λεπτὸν μῆνικλει γόον* cras  
sus ventet, subtilem non gignit  
mentem. Hinc Atheniensos-  
lim Mnemosynæ, Auroræ, So-  
li, Lunæ, & Uraniæ, studiorum  
Numinibus, Nephalia, quæ *ἄστ-*  
*ρα* erant, exhibebant sacra:  
quid mirum ergò iisdem ve-  
nerari Astréam? Nec enim ma-  
dida, sed sicca est Diva, & solâ  
Temperantiâ, vel etiam Ari-  
stotele teste *σ.* Eth. 5. conser-  
vanda. Scorpium orientem,  
occidendo fugit Orion, eò  
quod ab ipso Iæsus fingatur Po-  
ëtis:

ētis : simili modo in supremo ,  
( fas sit ita loqui ) juris cœlo  
Bacchum metuit Astraea ; cum  
furioso , qui iudex dari nequit ,  
e. venter. dist. 35. e. sanè is. quæst. 1.  
l. un. e. qui Imp. maled. l. cum furi-  
osus. 39. ff. de jud. haut absimilē  
esse non nemini etiā juriū cla-  
reat tyroni . Verūm , proh do-  
lor ! Eòres hodiè rediit , ut totā lu-  
ce gravissimis subditorū laboribus  
congestum es , adeò luxuriando  
consumat , ut & cum Philoxeno ,  
Erixidis filio sibi , quām gruis col-  
lum longius dari , quo diutius dele-  
ctaretur voluptate , maxima pars  
judicium , in summis votorum habe-  
at fastigiis . Imō cum Ceres , ple-  
runque Bacchi sit socia , farci-  
men per

men per multa miliaria exten-  
sum sibi dari, se verò transfor-  
mari in vermem, ut illud sen-  
sim absumento perrepant ca-  
lidè vovcat! Nec tamen prætoriâ  
sede solum, sed planè generosorum  
throne superbire malunt. Imò,  
alios continuò, si quid peccatum fu-  
erit, pessima frugis plantas esse  
clamitant ( cum ramen vel ipst,  
Dn. Præc. Sagitt. exer, eth. ex.  
ii. f. 285. ( non aliter ac saginatus  
asinus, qui velle rubus unius musca  
stimulis incitatus, saccum abicit,  
& per plateas furibundus discur-  
rens, ipsum etiam dominum uni-  
gula ferit,) ob unum verbulum ex-  
templo Bacchi sumant & cornua,  
& arma cyathos diffingunt, cul-  
tello mensa illidant; omnia reple-  
ant; in

CHRIAE.

139

ant in publico vociferatur, tumul-  
tuetur, & tum vel maxime, si cum  
inferioribus & tamē paribus se sen-  
serint certare.

Nec ebriē solūm, sed io-  
briē s̄epissimē ita fieri cui non  
est in aprico? Quid au-  
tem? Sic nempē auricu-  
las asini Rex Mydas  
habebat. Ego  
pergo.



Caput XV.

Caput XV.



## CAPUT XV.

**T**andem. Utin papillis cataractas liberam crystalloidis inhibere actionem in Physicorum edoceatur collegio: ita quoslibet impetuoso & gelido ἐπιχαρενανίας torrente fuisse obrutos, & non planè interstinctos, communis illa temporum testatur Dea. Pessima Diaboli rabies ! & omnis inhumanitatis Chimera ! Merito hinc, CONTUMELIA, & ἐπιχαρενανία CARETO JUDEX, exclamo. Namque ab humanitate quid posset esse alienius , quam infortunio

CURIA.

141

fortunio insultare jacentis &  
impingentem proculcare to-  
tum, læsâ patellâ gaudere: non  
itidem cervice, dolere? imme.  
mores scilicet illius,

Fortuna quum blanditur, captatum  
venit,

*Et cum splendet, frangitur.*

Imò quò magis hilarescere, eò  
altius alto & periculoſo infor-  
tunii gurgite videris immergi;  
*τάντα τὸ ἀνθεώπον οὐτα περσόδοναν*  
dēi Xenophon: Et cuivis potest  
accidere, quod cuiquam acci-  
dit, *Mimus*. Verūm, quid no-  
stro ævo usitatiūs, frequenti-  
ūs quid, quām quo de etiam Po-  
ëtæ querela est:

*Nil nisi turpe juvat: cura est sua cuique  
voluptas!*

Hac quoq; de alterius grata dolore,  
venit. Quid

Quid inquam usitatiūs? Plures  
si quidēm μιστηρώπεις illius Ti-  
monis, stigma in fronte qui ge-  
rant, iam nunc sunt iudices,  
quām mūscarūm, in Lucian. cum  
caletur maxime: qui Biantis,  
pauciores. Quorum hic capi-  
tis sententiam ferens, quo se  
& hominem & judicem esse te-  
staretur, calidē lacrymabatur.  
Ille vero, Satānico plane ore,  
si quendam Vulcano conspe-  
xerit amplecti, pice & oleo se  
restincturum: Sin Neptuno,  
ne emerget, capite propul-  
saturum esse, evomebat. Im-  
manior profecto, & longè in-  
humanior Antonii Triumviri,  
omnibus ut reor, in aprico af-  
fectus;

Quod  
Gesell  
1800

fectus; quò ne mortuo peperit  
dilectissimo Romali nepo-  
potum Ciceroni . Quem cum  
truculentissimè confodi fecis-  
set, illius dextram, quâ suas in-  
vectivas scripserat afferri, &  
ingenti gaudio aitè cachin-  
nans, unâ cum capite, rostris,  
affigi imperitabat; nō animad-  
vertens, quām indignum ho-  
minem fortuna ad tantam e-  
vixerit Triumviratus dignita-  
tem. Quid verò ejus conjux  
Fulvia? nempe quod pleraq;  
Curionum uxores, quarum  
imperio in viros magis, quām  
virorum Regimine Resp.gu-  
bernantur, etiam -- nunc  
faciunt;

C T M B A L U M

144 faciunt: Applaudebat. Et faciem nobilissimi Ciceronis spurcissimo conspurcabat sputo? linguam eloquentissimam aculeis pungebat. *Plutarch. in Antonio f. m. 447.* Omala-  
mens! malus animus! Quapropter ad Uraniæ tribunal, suffragia inde collecturus, appellabo, & quemnam cœlestis curiæ stilus dictatorium insul-  
tatoribus minetur acinacem, paucis videbo. Cautè igitur & ησυχίω ποδὶ me manuducentem ad Spiritus Sancti sequere ar-  
mamentarium. In quod si primō intuitu oculorum cir-  
cumferimus orbem, ecce! primam ad subvertenda ὀπήκας  
ρεκανίας castra affixa calvam:  
Qui

CURIE.

145

Qui ruina lētatur alterius, nō  
erit impunitus. *Proverb. 17. v.*  
5. Ad tuam ne, ô insultator !  
ista congrua salivam ? non ,  
ais. Itaq;, prō hoc dolore fir-  
mior promenda bipennis. La-  
queo peribunt, qui oblectan-  
tur casu justorum : dolor au-  
tē consumet illos antē quām  
morian tur. *Eccles. 27. vers. 32.*  
Nunquid ad hanc obbrutescit  
mens, atque animus ? Non c-  
nim in Cannas Romanorum  
sanguine nobilitatas; non in  
cruentos illos

*Campos ubi Troja fuit : -- .* 3. *Æn-*  
*sed in ferventissima Tartareii*  
*tyranni te præcipitē agit Ae-*  
*stiva ? Taces. Ergò videris , vi-*  
*deris autem? imò cogeris con-*

G      tentire:

sentire; nec tibi ita volenti,  
vim atque injuriam fieri, *l. cum  
donationes. C. de trans. l. 1. §. filii.  
ff. de inj. confiteri.* Sed & ter-  
tium cape missile! cum cecide-  
rit inimicus tuus, ne gaudeas,  
& in ruinâ ejus ne exultet cor-  
tuum, ne fortè videat Domi-  
nus, & displiceat ei, & auferat  
ab eo irâ suâ. *Prov. 24. v. 17* Tre-  
mendum telum! & quod qua-  
quâ contumeliosos tangit,  
sternit. Verùm ô Judex *πάντας*  
*pénans, Catull. Epigram. 107.*

... si populi arbitrio tua cana senectus  
Spurcata impuris moribus, intereat.  
Non equidem dubito quin primùm inimi-  
ca bonorum,  
Lingua exsecta avido sit data vulturio.  
Effossos oculos voret atro gutture corvus:  
Intestina canes; cetera membra lupi.

CURIÆ.

Ulterius non progredior. Exolvi  
namque id, quod promisi. Si probo  
nummo, gratiam; sin falso aut af-  
pero mereor veniam. Accipe, in-  
quam, si lineam tetigi: sin secus,  
mone; & lubricam, quam ago, meæ  
juventutis adspice ætatem. In quâ  
qui solidam sapientiam requirit, in-  
sipientissimus est omnium, quos  
dies illuxit. Viet. Top. f.m. 356. Sum  
enim inter eos, qui errare possunt;  
imò debent: Tu inter eos, qui  
ignoscere, *Candide Lector.*

Ultimò:

**H**acce mea si quis Judex sit carpus  
opellâ

Aut taceat, vel se corrigat inde  
prius.

Non etenim persona mihi, sed abusus in  
ista -

Tactus. Se, (repeto,) corrigat  
inde prius.

G 2

Cum

**C**um horum foliorum  
vacuum viderem, libuit  
subsequens metrum ascribere Am-  
pl.º Georgio Fulde transmissum,  
Tu Lector, boni, quæsò,  
consule.

Tò δέ χαρέων καὶ καλῶς το εγίτεω.  
**S**lle Steinbrucci qui gaudet  
nomine Natus  
Te gravis à Gothito Ful-  
das salutat agro.  
Cujus ad algentem modò ducit mæ-  
nia vitam  
Inter pestifera & irristia fatalis.  
Claudicat alterno verùm quod epi-  
stola versu,  
Et via durapedes lasit, &  
eris hyems.

  
Nam suscepit iter glacialis frigore  
bruma,

Cum via marmoreo candida  
facta gelu.

Nec te mirari, Clarissime Fulda,  
decebit,

Venerit ad digitos frutiosos  
tuos.

Nam neque tu nescis quantum sit  
plena doloris,

Nostra domus, neque amas  
ritè vacare metris.

Heu male convenienter et cum  
carmine Pestes,

Nec bend cum Musis Cura  
Dolor ḡ manent.

Carmina proveniunt animo deduc-  
ta sereno,

Naso, Poëtarum maximus,  
ipse gemit.

G 3      A

At mea, si qua mihi, sic venula  
langvet, hebetq,  
Languida ceu mediis astibus  
aret humus!

Hinc veniam largire meae, si indi-  
gna, Thaliae  
Et si, quam decuit, vilior il-  
la venit,

Est neque cur dubitet, tribuerq,  
Camænula nostra,  
Ingeniis dexter Fulda diser-  
te, faves.

Dexter es ingenii. Quod mecum  
mente revolvens.

Quero meum ingenium no-  
tius esse tibi.

Hoc utinam eveniar! voti quo de-  
nique compos  
Et meliora queam, ac pluria,  
metra dare.

Firmius

Firmius at spero, quia tanto in cul-  
mine Praes  
(Orarum!) nomen sponte ju-  
vantis habes.

Quid quod inaudivi VVilkI nar-  
rantis ab ore,  
VVilkI quem cari Patris ad-  
instar amo.

Pectori inesse tuo, (laus maxima!)  
pectora puro  
Lacte, nec attrita candidiora  
nive.

Cui quoque facunda tua gratia co-  
gnita lingua,  
Quaque soles trepidus utilis  
esse Reis.

Cum zibi præsertim Phœbus ple-  
ctrumq; lyramq;  
Ast libram dederit sponte  
libensq; Themis.

G 4      Vnita

Unica nec desit donatis grata re-  
bus,

Sed te Phœbus amet, refove-  
atq; Themis.

Quin licet innumeris veluti Tyrin-  
thius heros

Implicitus curis sisq; labore  
gravi.

Nemo tamen doctas admet fla-  
grantius artes,

Nemo pari Themiden religi-  
one colat.

Astue Aristides fertur meruisse  
superbum,

Sic quoque justitia re meruis-  
se decus.

Quid? quod ab astriferis chelis A-  
straea measse

Inq; tuos cerò creditur ifse  
lares?

Et

Et finxisse tuos mores , animumq;  
stylumq;,

Ingeniumq; ferax, judiciumq;  
sagax ,

Hinc Themidos cultusq; frequens,  
optandaq; juris  
Cognitio, hinc Charitos nomi-  
na tanta tua.

Sed tua quid clarae repeto praconia  
famæ,

Ingenii currant flumina quan-  
ta tua.

Detine oq; tuis amplis virtutibus  
aures?

Accipe , quam cernis , quid  
mea Musa ferat.

Dumq; sinunt gravium diversane-  
gotia rerum  
Perlege; & obscurimuneris  
iustar habeas.

G 5

Cyntbius

Cynthius en! iterum bissenaper-  
stra meavit

Pulsus & à sacro mense De-  
cember abit.

Fortunata dies! nivea signandaq;  
gypso!

Auspice qua capiunt Phœ-  
bus & annus iter.

Phœbus & annus iter capiunt. Ca-  
ducifer annus

O intret! Pestis tristia fata fu-  
get!

Tristia fata fuget, genitum quem  
protulit orta

Candida lux, Natus summe  
Jehovatuius.

Hic siquidem infandā qui scit nos  
peste teneri,

Hoc solus poterit nos releva-  
re malo.

Nam

Nam quid Theriaci profunt ala-  
bastraveneni,

Aut Mithridateis pharma-  
camista modis?

Noster hic Hippocrates, hic sit no-  
ster <sup>g</sup>Galenus,

Noster hic Andromachus,  
noster hic esto Deus.

Quo sine non pestis cessabunt spi-  
cla, licet quis

Paeonias toto pyxidas ore vo-  
ret.

Ast inolevit mos, mos non sper-  
nendus, Amicis

Quo damus alternas accepi-  
musq; preces.

Quando vetus Janise se vertentis  
imago,

Proripie ex oculis substituitq;  
novam.

G 6      Volis

Votis dona p̄is ultrō citrō q̄ sequuntur,

Copia dives opum cœu sua  
cuiq; fluit.

Cesso quid ergo novis tibi mittere  
dona Calendis,

Clare Vir, Astraea cultor ama-  
re Deæ.

Cesso quid? ajo. Cito cœtu comita-  
ta Sororum,

Quin ades & dextrâ plectra  
lyramq; tenes?

Plectra Thalia tene. Stat enim  
sententia menti.

Pro gemmis Fuldae mittere  
metra gravi.

Metris vota meis ultrō citrō q̄ se-  
quentur

Quæ superant gemmas vota  
moventq; Deos.

Ecquid

Ecquid enim? late non sudant esse-  
da campo

Cuncta, meus tenui tramite  
pergit equus.

Nec mihi sunt auri, quales Pacto-  
lus arenae,

Vel quales volvit lymfa saper-  
ba Tagi.

Nec quas uberibus studiosè colligie-  
arvis

Medus, & assiduo Sole per-  
ustus Arabs.

Ergò Thalia veni, vultus ostende  
serenos,

Huc ades & dexirâ plectra  
lyramq; tene.

His Musa auditis, benè-longa si-  
lentia fecit.

Sed tamen ora dehinc solvie,  
& infit ita:

Justa petis, sed justa queunt qui car-  
mine pangi,

Cum dolor immensus pange-  
re metra vetet?

Nunquid non metuis ne ignomini-  
osa reportem

Nomina, pro celebrinomine?  
Oecquid agis!

Cerne quod incepis demens, quan-  
tumq; pudoris

Dedeceus his paries ausibus  
ipse vide.

Omen o in melius divum pia Nu-  
mina vertant!

Nescio divinent quid mea cor-  
da mali.

Sic ait, atque in humum trepidans  
dejecit ocellos;

Ast adhibens trepidam mollia  
verba Dea,

Parce

Parce precor, dixi, te et cruciare  
timore,

Parce truces trepida voce  
sonare metus!

Non ego te jubeam, mea lux, quo  
dederis ullum,

Sed decus, ut spes est, salva  
reversa feras.

Dederis haut, (repeto) tibi confi-  
dentia tanta,

Sed pariet magnum, mi mo-  
do credo decus.

Experiare! modo placidas puto sug-  
gerit artes

Docta Minerva tibi, docta  
Caterva tibi.

His tandem stimulis agrè per-  
suasa, quievit.

Et tremebundo ist hoc fudit ab  
ore melos:

Prog.

Proqz salute tua, fortunatâqz, sene-  
cta,

Proqz tuis natis, conjugœ  
proqz tua.

Salve delicium Themidos! since-  
ra voluptas

Phœbi! lux Charitum! Palla.  
das acre decus!

Fulda decus patriæ! spes maxima  
Fulda Reorum

Atque idem Franci gloria  
rara soli!

Ecce verus nitidœ cum sole renasci-  
tar annus,

Per sua flammipedes signaro-  
ratus equos.

Jamqz ego ni magnisit mi aversa-  
rus Apollo,

Permisis sanctos exhibuisse  
lacus.

Digne

Digna tibi canerem sat digno car-  
mina plectro,

E metris revocat dum novus  
annus iter.

Aut aptæ claras caneret sub imagi-  
ne laudes,

Ederet argutos nostra g̃lingua  
sonos.

Sit me velle satis. Bis delectan-  
tur Amici

Quæis data pro magnis mu-  
nera parva placent.

Quod felix igitur, faustumq; sit,  
optime Fulda,  
Pallados & Phæbilius! The-  
midosq; nitor!

Prospere

oooooooooooo  
Prospera, prosperior, prosperrima,  
euntis Origo

Sit Phæbi, Cursus, Meta,  
Tibi atque Tuis.

Nulla dies abeat latâ quin mente  
fruare.

Nulla dies abeat gaudia nulla  
ferens.

Liecksenbergiacum castrum quo<sup>t</sup>  
saxa: quo<sup>t</sup> ova

Piscis: quo<sup>t</sup> frondes Rhôna:  
quo<sup>t</sup> orbis aves:

Mense racemifero quo<sup>t</sup> alit Fran-  
conia vites:

Uvas quo<sup>t</sup> vitis: grana quo<sup>t</sup>  
uva tenet:

Tot bona purpureus celsâ de Cynthi-  
us axe

Appluat, hisq; beet Teg; Tu-  
umq; genus.

Teg;

Teg<sub>r</sub> tuumq<sub>j</sub> genus vechat inclita fa-  
ma quadrigis,

Morte perire vetet Teg<sub>r</sub>  
Tuumq<sub>j</sub> genus.

Teg<sub>r</sub> tuumq<sub>j</sub> genus sublimi tramite  
virtus

Ducat ad Hesperias Memno-  
niasq<sub>j</sub> plagas.

Et modo qui rediit circumfluvius an-  
nus ad ortum

Felici redeat candidus usque  
pede.

Hoc ego cum Phœbo , docte Phœ-  
biq<sub>j</sub> sorores ,

Hoc Themis,hoc Charites atq<sub>r</sub>  
Minerva petunt.

Nostra sed altitonans Rex altito-  
nantis Olympi ,

Efficiat rata sine vota Thalia  
precor.

Dixit,

Dixit, & exemplo superas aufugit  
in auras,

Pertenui dicens murmure,  
ritè vale.

Ergò præmissâ quæ Fulda diserte,  
salute

Misimus imparibus verba  
ligata modis.

Accipe quo data sunt, & quo sunt  
missa, sereno

Vultu, candidulâ mente, de-  
cente manu.

Nee non egregia virtutis amantis-  
bus V N V S

Quo sautor possis pluribus es-  
se. V A L E.





## E I D E M.

Dum seder, & facili moderatur  
mente tribunal  
Fulda, suo trepidos dum re-  
git ore Reos.

Mirabunda Themis, cælo capue  
extulit altô,  
Et quid, ait, nostrâ librâ &  
iste librâ?

Nec satis Aonias illi didicisse tot ar-  
tes,  
Et quo quaque liget verba  
Latina modo?

Sed bene Francigenis talis quod jus-  
r a se recordos  
Distribuat trepidos & regas  
ipse reos,

Siquid


Si quid habent laudes Fabii, lau-  
disq; Camilli

Si quid habent, danda est,  
quanta sit, huic  
Viro.

Dabat & scribebat invi-  
tâ Minervâ, & Apolline  
insalutato GOTHÆ  
ipsis Cal. Jan. An-  
no 1612.

M. J. S.

•••(o)•••



J E N Æ



T Y P I S J O H A N N I S  
W E I D N E R I ,

---

Anno cœc XII.












14



Ko1741.

WORT

ME



**ULB Halle**  
004 331 303


3




WOM

W

F  
86



# Farbkarte #13



B.I.G.

